NAZ.
le III
I

F. - 40 -
BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVII
E
40
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

SIMONIS FRIDERICI HAHNII,

HISTORIARUM IN ACADEMIA JULIA PROFESSORIS PUBLICI ORDINARII

JUS IMPERII IN FLORENTIAM

EX MONUMENTIS EDITIS ET INEDITIS IPSISQUE ETRUSCIS SCRIPTORIBUS

INDE A CAROLI M. ÆTATE

PER OMNIA SÆCULA SOLIDE OSTENSUM,

ET A SPECIOSIS OBJECTIONIBUS COMMENTATORIS NUPERI

DE FLORENTINI STATUS LIBERTATE

PLENE VINDICATUM.

HALÆ,

APUD JO. FRID. ZEIDLERI HÆREDES,

M DCC XXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO DOMINO,

DOMINO

JOANNI FRIDERICO

L. BARONI DE STAIN,

SERENISSIMI DUCIS BRUNSVICO-LUNEBURGENSIS

CONSILIARIO INTIMO,

BELLICARUM RERUM DIRECTORI SUMMO,
TRIBUNALIS GUELPHERBYTANI PRÆSIDI SPLENDIDISSIMO,
RELIQUA,

DOMINO AC MÆCENATI
BENIGNISSIMO.

Digitized by Google

Google

ILLUSTRISSIME ATQUE EXCELLENTISSIME DOMINE, DOMINE PERCLEMENS!

NOn ex longinquo repetendæ ſunt rationes, quas propter exiguum iſtum libellum, TUO inprimis nomini ſacrum eſſe cupivi. Nam & bonas artes magni facis, & litteratos cunctos patrocinio TUO ſublevas, eademque ſumma inæſtimabili gratia TUA me quoque, indignum licet, proſequeris, &, quod caput rei eſt, doctrina admirabili exſplendeſcis, idque excelſo illo, quo DEus TE collocavit faſtigio, plane ſtupenda. Ipſe præterea auctor fuiſti, ut ſpecioſa Florentinorum argumenta, quibus libertatem tueri ſtudent, curatius paulo examinarem,

Digitized by Google

rem, eumque in finem ſcriptum, quod hic confutandum ſumo, primus perclementer mecum communicaſti. Accipe ergo, DOMINE, quod jure TIBI debetur, & quod vel ſua origine eſt TUUM, accipe, ut ſoles, TUA, hoc eſt, ſerena & benigna fronte, TUAque indulgentia tenuitatem meam fovere & complecti perge. Faxit immortale DEI numen, ut cum univerſa fulgendiſſima domo diu in terris floreas, ac ſi quid vota noſtra poſſunt, tamdiu, donec maximæ ſpei FILIUM, TUA tanti PATRIS merita, cum ſuperare vix poſſit, æquare ſaltem videas.

Illuſtriſſimi atque Excellentiſſimi Nominis TUI

D. Helmſtadii pridie Cal. Maji.
An. cIɔ Iɔ cc xxII.

cultor demisſiſſimus

Simon Fridericus Hahn.

JUS IMPERII
IN FLORENTIAM.

§. I.

QUi nupero anno prodiit *commentarius de Florentini ſtatus* a) *plena libertate*, dignus omnino videtur, cujus argumenta diligentius expendantur. Quod licet ab eruditiſſimis viris b) jam tum ſuſceptum ſit, aliquam tamen & ego lucem controverſiæ momentoſæ affundere conabor. In ipſo ſtatim c) limine magnificis verbis promittit auctor, ſe perpetuam Florentinorum a peregrino imperio immunitatem inde a prima

origine

a) Sub titulo: MEMOIRE SUR LA LIBERTE DE L'ETAT DE FLORENCE. Solius ergo Florentini tractus rationem habuiſſe videtur auctor. Nam de Piſano altum ubique ſilentium eſt, & de Senis, Ferrario portu, aliisque minoribus pagis *p.* 28. 29 & in appendice *p.* 11. 12. ipſe fatetur, ut beneficia eos a magno Hetruriæ Duce poſſideri. Et certe Carolus V. ſua adhuc ætate, non modo Senas ſacri imperii civitatem vocavit, *in reſcripto adverſus Clementis VII. criminationes* §. XV. *p.* 483. *T. I. Conſtitutionum Imperialium* GOLDASTI, ſed §. etiam *XXXVIII. p.* 494. perſpicuis verbis addidit: *De re Senenſi non recte taxamur. Nulla enim juſta culpa nobis impingi poteſt, quæ ad ipſius civitatis quietem ſtabiliendam ac bene regendam egimus, ſed quidquid vero ac juſto principi convenire videretur. Eſt enim civitas illa antiquiſſima illius reipublicæ imperiali ditioni ſubjecta, & ſupra alias omnes Italiæ civitates adeo ab omni ævo ſacro imperio addicta, illiusque devotioni affecta, ut nil ſupra deſiderari queat, habetque propterea ab ipſo S. imperio noſtrisque prædeceſſoribus ampliſſima privilegia etiam per nos confirmata, quibus ipſa reſpublica regenda ac gubernanda conceditur.* C. NATALEM COMITEM *L. VI. Hiſtoriæ ſui temporis p.* 122. 123. & *L. IX. p.* 190. 91. THUANUM *l. XVIII. p.* 381. inprimis *l. XIV.* ADRIANI *della Storia de ſuoi tempi p.* 1014. ALDUM MANNUCCI *nella vita di Coſimo de' Medici p.* 128. *p.* 131. 32. 35. JO. BAPTISTAM CINI *nella vita di Coſimo l. II. p.* 122 - 29. *l. III. p.* 177. *l. V. p.* 297. 331. 338. *L. VI. p.* 372. 73 *p.* 408 & paſſim, *libro* item *VIII. p.* 492. 93. Cætera argumenta non coacervo, cum illis adducendis in re clara, nec a diſſentientibus ipſis in dubium vocata, ſuperſedere facile poſſimus.

b) Cum partim affectum, partim plene abſolutum eſſet opuſculum præſens, doctiſſimi MASCOVII elegans *de jure Imperii in magnum Ducatum Hetruriæ, diſſertatio*, ut & disquiſitio de ſcripto pro *Florentini ſtatus libertate* compoſito, *Europæ Famæ part* 254. *p.* 120. *ſequ.* inſerta venerunt in manus. Neque tamen vel calamum eapropter ab ſiendum, vel hoc qualecunque ſchediasma ſupprimendum putavi. Noſtri enim inſtituti rationem ab utroque libello diverſam eſſe, conferentibus facile patebit.

c) p. 2.

d) p. 14.

origine doctorum, idque alio loco prorſus eſſe confectum putat. d) Hinc Florentinos nunc per conſules, e) mox per ſeniores, denique per primores f) fuiſſe gubernatos ſcribit: Qua argumentandi ratione ſicut imperii juribus nequidquam detrahitur, g) ita Tuſcorum & Florentinorum Marchiones Hugonem h) verbi

d) p. 14.

e) De conſulibus Ricordanus Malespini *nell' Hiſtoria antica Fiorentina c. XLV. p.* 31. *I Fiorentini ordinarono che (la città di Fiorenza) ſi reggieſſe e governaſſe a modo di Roma, cioe per due Conſoli, & per lo conſiglio di cento Senatori.* C. *c. LV. p.* 41. *& c. XCIX. p* 66. ubi de quatuor conſulibus, & Pogg[i]um, *Florentinæ Hiſtoriæ libro I. p.* 4. ibique Recanatum *in notis ſub litt. z.* ubi etiam de quatuor, deque ſex conſulibus, pro numero portarum ac tribuum civitatis. Itemque Scipionem Ammiratum *l. I. delle Hiſtorie Fiorentine p.* 35. ac Petrum Buoninseonium *l. I. dell' Iſtorie Fiorentine p.* 18. De nova regiminis forma ſæculo XIII introducta videndus idem Malespinus *c. CLXXXV. p.* 139. C. Blondi Flavii Forliviensis *Decadem II. Hiſtoriarum ab inclinatione Imperii l. VII. p.* 299. ac Scipionem Ammiratum *l. II. p.* 90. 91.

f) Blondus Flavius Forliviensis *Decade II. l. VIII. p.* 328. *Florentinus populus novam inchoavit ſaluberrimamque regiminis formam. - - Creati enim ſunt ſex magiſtratus bimeſtres futuri, quibus artium primoribus fuit appellatio, & ſeptimus brevi additus, vexillifer juſtitiæ vocatur.* C. Jo. Villanum *l. VIII. dell' iſtorie c. I. p.* 289. Petrum Buoninseonium *l. I. p.* 98. *ſequ.* C. Leonardum Aretinum *l. III. Hiſtoriæ Florentinæ p.* 54. *& l. IV. p.* 65. & inprimis Scipionem Ammiratum mille trecentos ſeptuaginta duos vexilliferos Florentinos, inde ab exitu XIII ſæculi, ad annum usque MDXXXII, quo dignitas illa plane ſuppreſſa, ac totus regiminis ſtatus immutatus fuit, diligenter recenſentem *l. IV. p.* 189. *ſequ.* usque ad *l. XXXI. p.* 419. Unde Petrus Lambecius duo inſtrumenta adducit a prioribus artium, & vexillifero juſtitiæ populi & communis Florentiæ ſubſcripta, *l.* 2. *Commentariorum de Bibliotheca Vindobonenſi c. VIII. p.* 941. *n.* 74. *&* 953. *n.* 304. C. Ricordanum Malespini *d. l.* itemque Joannem Michaelem Brutum *l. I. Hiſtoriæ Florentinæ p.* 6. 7. Quandoque tamen ſola magnifica vel illuſtris & excellens Florentinorum communitas, vexilliferis & prioribus omiſſis memoratur, ut in *confœderatione Amadei Sabaudi cum rebus publicis Veneta & Florentina parte I. Codicis Diplomatici Leibnitiani p.* 344. *ſequ. & in alia fœderis formula inter primarios potentatus Italiæ d. l. p.* 429.

g) Quod enim de Mediolanenſibus ſuis Bernardinus Corio ſcribit *parte prima delle Hiſtorie Milaneſi p.* 9. hoc & ad Florentinam rempublicam, & alias cunctas Italicas urbes, imperio quondam ſubjectas, adplicari poſſe & debere, non modo perſvaſiſſimum mihi eſt, ſed ex ſequentibus etiam luculentiſſime adparebit. *Nella città di Milano*, inquit Corio, *ſi trovavano molti dominii temporali, ma l' Imperiale ſopraſtava a tutti gli altri, come a' Duchi, a' Marcheſi, a' Conti, a' Valvaſſori, a' Catanei, al Podeſtà, a' Conſoli, a' Senatori, a Caſtellani, a Viſconti, a Baroni, & a ciaſcun' altro officiale &c.* Unde repetendus mos eſt, quod *Imperatore Italiam intrante, cunctæ vacare debuerint dignitates & magiſtratus, ac ad ipſius nutum, ſecundum ſcita legum, jurisque peritorum judicium univerſa tractari*, teſtante Frisingensi *l. II. de rebus geſtis Friderici I. Barbaroſſæ p.* 454. C. Radevicum *l. II. de geſtis Friderici c. VI. p.* 509. Idque non in Longobardicis tantum, ſed Tuſciæ etiam civitatibus uſu veniſſe, Guntheri teſtimonium clariſſime evincit *l. IX. Ligurini v.* 65. *ſequ. p.* 171.

Inde per Etruſcas (Fridericus I.) *legatos deſtinat urbes*

- - - - - -

- - *per quos ſtatuantur in omni*
Urbe magiſtratus & civica quæque poteſtas.

Quare mirum non eſt, Fridericum II. Imp. *vicarios, poteſtates, rectores terrarum per Tuſciam conſtitutos, Imp. fideles, & curiæ ſuæ officiales* dixiſſe, *l. V. Epiſtol.* Petri de Vineis *c. CXI. p.* 659. & Florentinos artium primores, cum vexillifero juſtitiæ ſpeciatim *Cæſarum vicarios* eſſe nuncupatos, v. infra §. *III. ſub m.*

h) Hugonem Tuſcum appellat Otto III. *in epiſtola ad Gerbertum n. CLVII. p.* 650. *T. XVII. Bibliothecæ maximæ patrum.* Marchionis Thuſcbanorum nomen eſt apud Chronographum Saxonem *ad a.* 991. *p.* 200. Territorium & Comitatum Florentinum poſſediſſe ex ipſius Hugonis Diplomate colligitur apud Ferdinandum Ughellum *T. III. Italiæ*

verbi cauſa, Bonifacium, i) Conradum, Ulricum, k) Mathildin principem fœminam, (ut de antiquioribus ſub Carolina ſtirpe præfectis, Adelberto ſcilicet, Gvidone, Lamberto, Boſone l) ac reliquis nihil

Italiæ ſacræ p. 52. *Optimum duxi pro anima meæ remedio offerre Deo, & tibi eccleſiæ, & monaſterio ſanctæ Mariæ ſemper virginis, quæ eſt conſtructa intra civitatem Florentiæ - - caſa & curte mea, quam habeo intra territorium & comitatum Florentinum.* Quinimmo Hugonem ceu Ottonis III. vicarium Florentiæ habuiſſe ſedem RICORDANUS MALESPINI ingenue fatetur *c. LII. p.* 37. *Col detto Otto terzo venne il Conte Ugo, o vero Marcheſe Ugo, - - e a coſtoi piacque la ſtanza di Toſcbana, e maſſimamente nella città di Fiorenza, - e in quella fece ſua dimoranza, ſi come vicario d'Otto Imperatore.* C. BUONINSEGNIUM *l. I. p.* 20. SCIPIONEM AMMIRATUM *l. I. Hiſtoriarum Florentinarum p.* 32.

i) DONNIZO *in vita Mathildis Ducatricis c. XI. p.* 648.

Mandat (Conradus II. Imp.) *hero noſtro Bonifacio bene docto*
Quatenus accurrat, juvet urbem frangere ſtultam, (Parmam,)
Qui ſubito ſumptis equitum peditum quoque turmis
Urbis ad excidium properavit. - -
- - - - - - -
- - - - - - -

Et mox de juramento per Bonifacium præſtito:

Imperium ſervans Chonradus eumque gubernans
- - - - - - -
- - - - - - -
Athletam magnum Bonifacium venerandum
Ut juraret ei rogat ipſum more fidelis.
Ac ideo dixit, quod Marchia ſerviet ipſi
- - - - - - -
Annuit hoc Regi Bonifacius atque peregit.

Fideliſſimi Marchionis nomine Bonifacium ipſe Conradus inſignivit, in charta apud FERDINANDUM UGHELLUM *T.* III. *Italiæ ſacræ p.* 80. *Omnium noſtrorum fidelium - - comperiat ſolertia, interventu ac petitione Giſlæ Imperatricis - - & Bonifacii noſtri fideliſſimi Marchionis canonicos ſanctæ Florentinæ eccleſiæ noſtram adiiſſe clementiam, deprecantes, ut - - - eorum neceſſitatibus ſubveniremus.* C. *poſſeſſionem Archi-Epiſcopo Ferrarienſi de quibusdam Ferrariæ partibus datam per Bonifacium Marchionem, & judicem Imperatoris Conradi II.* apud LUDOVICUM ANTONIUM MURATORIUM, in appendice libri, qui inſcribitur: *les Droits de l'Empire ſur l'Etat eccleſiaſtique n.* III. *p.* 479. 80.

k) Conradi Marchionis memoriam in tabula ab eodem MURATORIO *d. l. c. XX. p.* 211. excitata & a. 1129. perſcripta ſuperſtitem habemus. *Conradus divina gratia Ravennatum Dux & Tuſciæ præſes & Marchio.* Ulricus apud FRISINGENSEM occurrit *l.* VII. *Chronici c. XXIX. p.* 155. *Florentini una cum Marchione terræ Ulrico usque ad ipſas portas Senenſium procedentes, ſuburbia - cremaverunt.* SCIPIO AMMIRATUS, Vice-Marchionem Florentinum & vicarium Tuſciæ generalem a Conrado III. inſtitutum vocat. *l.* I. *Hiſtoriarum Florentinarum p.* 53. *& parte* II. *l. XXXV. p.* 549. priſcorum Tuſciæ Marchionum pariter mentionem facit. Marchionis vero nomen natura ſua & proprio ſignificatu non minus feudale fuiſſe, quam Ducum erat & Comitum, B. LEIBNITIUS recte docuit *in introductione ad T.* I. *Scriptorum Brunſvicenſium n. LV.*

l) Marchionatum Tuſciæ Mathildinis terris non modo diſerte adnumerat, WEINGARTENSIS MONACHUS *in Hiſtoria de Principibus Gvelphis, c.* XIII. *p.* 790. ſed inſigne etiam ipſius principis diploma argumento eſt luculento, eam a. 1099. judicio præſediſſe in Florentina urbe, ſententiam ore ſuo tuliſſe, ac templum S. Reparatæ ſacrum in tutelam ſuſcepiſſe, pœna offenſoris conſtituta apud UGHELLUM *T.* III. *Italiæ ſacræ p.* 114. *In Dei nomine in civitate Florentia, in palatio domus ſancti Joannis, in judicio reſidente domina Mathilda Dei gratia Duce & Marchioniſſa - - - conſervatores eccleſiæ ſanctæ Reparatæ ſitæ in civitate Florentia - - cœperunt quærere mercedem ab ipſa D. Mathilda. - - Tunc ipſa D. Mathilda - - miſit bonum ſuum ſuper Azone presbytero, & ſuper prædictis terris & rebus, ut nulla perſona jam dictam eccleſiam ſanctæ Reparatæ, ſuosque rectores exinde divertere aut moleſtare præſumat ſine legali judicio, & qui hoc fecerit, quinquaginta libros bonorum denariorum Lucenſium compoſiturum agnoſcat, medietatem parti publicæ, & reliquam medietatem eccleſiæ ſanctæ Reparatæ ſuisque rectoribus.* Eamque inter ſuos jus dicendi & controverſias extingvendi poteſtatem, quam Marchiones olim non niſi præſentibus Imperatoris judicibus exercebant, Mathildis autem

nihil dicam) aut alios, in *poteſtatem*, m) ut olim loquebantur, a Cæſaribus *miſſos*, quales Fridericus de n) Antiochia, & Pandulphus de Faſanellis o) erant, vicarios item, legatos, judices, eadem impe-

Henrici IV. ætate ſuo magis arbitrio ſibi, quam firmo & ſtabili jure arrogaverat, Henricus V. ſeu junior, primus rite firmavit, vicariatu ſimul per univerſam Liguriam conceſſo. Ita enim expono, quæ Urspergensis narrat p. 254. *Henricus Mathildem Comitiſſam per internuntios ſibi ſubjectam gratia ſua propriis juſtitiis donavit*, & quæ Donnizo Presbyter habet l. II. *vitæ Mathildis* c. XVIII. p. 682.

Huic (Mathildi) *promiſit ſimilem ſe Rex nunquam reperire*

Cui Liguris regni regimen dedit in vice Regis.

Cæterоquin de Marchionibus Tuſcorum ſub Carolingis v. Luitprandum l. I. *Hiſtor.* c. X. XI. XII. p. 99 - 101. l. II. c. X. XV. p. 109. 112. l. III. c. XII. XIII. p. 125. 26. C. Scipionem Ammiratum l. 1. *Hiſtoriarum Florentinarum* p. 24. *ſequ.* qui & p. 34. fatetur Florentinam urbem comprehenſam olim ſub eo Marchionatu fuiſſe.

m) Poteſtatis munus apud Florentinos cum Gvelfredotto Graſſello, Mediolanenſi, circa a. MCC VII. cœpiſſe Malespini auctor eſt c. *XCIX.* p. 66. *I Fiorentini ordinarono di chiamare un' gentile huomo foreſtiere, che foſſe loro Podeſta, uno anno, e teneſſe loro ragione civile, con ſuoi giudici e faceſſe giuſtitia, e condannagioni reali, e chorporali, e meteſſe ad eſecutione li ordini del commune di Ficrenza. El primo Podeſta fu Gvelfredotto di Melano.* C. Villanum *l. V. c.* 32. *p.* 116. Buoninsegnium *L.* I. *p.* 34. Poggium *l.* I. *Hiſtoriæ Florentinæ p.* 5. & *ibi* Recanatum *in notis.* Scipio Ammiratus vero poteſtatis vocem apud Florentinos circa a. M C LXXXIV jam tum occurrere oſtendit, & Gerhardum Caponſacchum a. M C LXXXXIII eo officio functum eſſe docet in *additamentis ad l. I. Hiſtoriarum Florentinarum p.* 59. 62. *C. p.* 68.

n) Fridericus II. *in epiſtola ad Florentinos, ut obediant filio ſuo, quem mittit eis in poteſtatem l.* III. *Epiſtolarum* Petri de Vineis *Epiſtola* IX. *p.* 391. 92. *Ecce dilectum filium noſtrum Fridericum de Antiochia ad civitatis veſtræ regimen,* (*cujus inter omnes civitates Italiæ attenta nos cura ſollicitat, & gratiæ noſtræ plenitudinem ſibi ſpecialius adquiſivit*) *diligenti conſideratione præhabita providimus deſtinandum.* - - - *Dum humanitatis noſtræ clementiam per evidentiora ſigna videntibus oſtendi non poſſe videamus lucidius, quam ſi filium noſtrum ad vos tamquam imaginarium noſtræ præſentiæ deſtinemus. Fuit hæc ſiquidem ſalubris & tanta proviſio, ut dum os de oſſibus & caro de carne noſtra transmittitur, perſona noſtra per eum inter vos familiariter præſentata ſic civitatis veſtræ regimini præſit, ut proſit, vos in bono ſtatu protegat, & tranquillo conſervet, & juſtitiæ copiam quam ſingulis propinari præcepimus petentibus ſubminiſtret.* Paucis interjectis ſententiam Imperator & voluntatem uberius declarat ſignificans Florentinis, ampliori multo & eminentiori poteſtate hunc filium ſuum inſtructum a ſe eſſe, quam alii ejus generis magiſtratus plerumque eſſe ſoleant. *Filium*, inquit, *non ſolum poteſtate, quam cæteris officialibus Imperialis impertitur auctoritas, volumus eſſe contentum, ſed ut in facinoroſos, & inſigniter ſeu contumaciter ſe gerentes, liberius animadvertere valeat, ſibi concedimus vices noſtras.* Iterumque ſub finem epiſtolæ repetit, *ſe transfudiſſe in filium ſuæ plenitudinem poteſtatis.* Malespini quidem, fateor enim, dum Florentinæ urbis poteſtates ad ſingulos fere annos nominare conſvevit Fridericum de Antiochia tamen ſilentio prætermittit, niſi quod diverſa prorſus occaſione aliquam illius mentionem injiciat, *capite* CXXIII. *p* 82. Imperatoris nimirum liberos cum ſpurios tum legitimos recenſendo. Sed cum unius anni, anni videlicet MCXXXVI. Poteſtatem in ipſo iſto auctore deſiderari obſervarim (*v. c.* CXXII. *p.* 81. & *c.* CXXXIV. *p.* 92.) jure, ut opinor, ſuſpicari licebit, Friderici Antiocheni magiſtratum, civibus forſan invitis Florentiæ geſtum, ab ejus urbis ſcriptoribus data opera & ſummo velut ſtudio reticeri. Hoc interea certum eſſe debet, Florentinos eo, quem ſignavi anno, cum partes Cæſaris ſtrenue defendiſſe, tum reverenter imperium coluiſſe, ut par erat, quod prius momentum Ricordanus Malespini teſtimonio ſuo firmat *c. CXXIX. p.* 85. alterum Fridericus II. ipſe indigñat & civium fidem dilaudat *c. l. p.* 390.

o) Fridericus II. *in epiſtola apud* Petrum de Vineis, *l. V. epiſt. XXXV. p.* 590. *Mandamus quatenus poteſtates - - de cætero per noſtram curiam deſtinandos vel ſtatuendos, illa ſalarii quantitate facias eſſe contentos, quam poteſtati eorum ipſos tibi conſti-*

imperiali auctoritate in Florentina urbe conſtitutos, ut Reinerum de Montemerlo, Fridericum, p) Widonem, q) cæteros r) plures, callide omittit.

§. II.

Sed hoc olfeciſſe auctorem puto, qui alio loco largitur, Florentinos Imperatoribus quandoque, & Imperatorum vicariis paruiſſe, mox tamen prudenter fortiterque excuſſo ſervitutis jugo, in libertatem priſtinam ſe vindicaſſe addit. a) Vanumque eſt, quod ſubjicit, cuncta iſta tam nota eſſe ac pervulgata, vix ut indigeant demonſtratione, poſſe tamen uberiorem notitiam ex MALESPINIS, VILLANIS, NAUCLERO, BLONDO, ANTONINO, auctoribus ſcilicet novis, partim etiam Florentinis, ſuſpectis, & in re propria teſtibus, nec raro ipſi anonymo plane contrariis hauriri. b) Nec magis me movent, quæ turmatim excitavit teſtimonia JCtorum, ſeu gloſſatorum potius aut denſa cæterorum auctorum, recentiorum tamen omnium nubes. c) Quin oſtendendum potius punctum

conſtiterit exſolviſſe eo anno, quo de Lombardiæ partibus redeuntes per Tuſciam tranſivimus, & Pandulphum de Faſanellis, - - vicarium imperii in Tuſcia duximus ordinandum.

p) Seculo X. exemplum habemus Friderici miſſi, apud Florentinos Ottonis M. nomine jus dicentis, ſecundum inſtrumentum ab UGHELLO publicatum *T.* III. *p.* 38. *Dum in Dei nomine in civitate Florentina - - - in judicio redderet Federicus vaſſus ac miſſus domini Imperatoris ſingulorum bonorum juſtitias faciendas ac deliberandas.* Iterumque ſub finem *p.* 41 *Ego Tetbertus notarius domini Imperatoris, juſſione Friderici miſſi domini Imperatoris - - ſcripſi &c.* Friderici II. ætate Reinerus de Montemerlo vicarii apud Florentinos munere fungebatur. MALESPINI *c. CXLIV p.* 102. *La notte medeſima che morì Federigo, morì uno ſuo Vichario, ch'era per lui in Fiorenza, che avea nome Meſſer Rinieri de Montemerlo.* Et quem vicarium illum, principem ſæcularem fuiſſe putemus, cujus inſtrumentum diploma meminit a laudato UGHELLO *p.* 153. pariter editum, quique Ardinghum, Florentinum Epiſcopum, a parte pontificis ſtantem, reditibus fructibusque plurimis mulctabat, ut divendere cogeretur bona quædam, conſenſu tamen pontificis ante impetrato.

q) In charta Mariæ a. 999. ſcripta apud UGHELLUM *p.* 45. *Ego Maria - - de viro meo interrogata ſum a Wido judice ſacri palatii, ſi aliqua violentia ab ipſo viro meo, ſeu ab aliquo homine paſſa fuiſſem.*

r) In charta Hildebrandi Florentini Epiſcopi anno MXXIV ſub Henrico S. confecta *d. l. p.* 66. Petrus Hugo, & Adelbertus ſimul comparent; Acta Florentiæ - -

Petrus judex domini Imperatoris authentica hujus exemplaris vidi, & legi, & hoc exemplar propriæ manus inſcriptione roborando ſubſcripſi.

Hugo judex D. Imperatoris authentica illa vidi, & legi, & in hac exemplata manu mea ſubſcripſi.

Haldebertus judex, qui authentica illa vidi, & legi, & in hac exemplata manu mea ſubſcripſi.

Primus & poſtremus Conrado II. ſalico imperante adhuc ſuperfuiſſe videntur, id quod ſubſcriptiones tabularum *d. l. p.* 67. 70. 79. 82. commonſtrant. Plura exempla paſſim occurrentia nunc cumulare non placet. Nec eſt, quod nos auctoritas permoveat illorum, qui judicis vocem exponunt de notariis. Licet enim haud ignorem, ſumi quandoque eam hoc ſignificatu, vereor tamen ut *ad palatii judices*, vel *judices Imperatoris* ſine additamento dictos, peregrina interpretatio adplicari poſſit. Utcunque ſit, id ſaltim ex libello noſtro patebit, Florentinos ſub conſulibus ſuis, poteſtatibus, artium primoribus, juſtitiæ vexilliferis, & ſi qui alii erant magiſtratus, quemadmodum in liberis Imperii civitatibus hodienum eſſe ſolent, non tam fuiſſe liberos, ſolutosque, nihil ut in eos juris vel Cæſar habuerit, vel imperium.

a) P. 3.

b) d. p. 3.

c) p. 3. 4. & in appendice n. 1. p. 1 - 5. Num enim v. g. BARTOLO (cujus teſtimonio BORGHINIUS etiam mirifice ſibi placet *parte II. diſcurſuum italica lingua de rebus Florentinis ſcriptorum p.* 144.) num Bartolo, inquam, fidem habebimus ſcribenti *quamlibet civitatem Italiæ*, præcipue in Tuſcia, non recognoſcere dominum? aut num de Ludovici Bavari & Caroli IV. ætate, qua noſter inprimis florebat, id jure dici putabimus? aut tandem pro plenæ libertatis argumento agnoſcemus, cum plures ab

ANO-

punctum illud temporis fuiſſet, quo Florentini poſt tam gravem & longam Germanorum dominationem, poſt tam diuturnam & indubitatam ſubjectionem ſuam, & adſpirarint & pervenerint ad libertatem amiſſam. Neque id levi digito, quod auctor facit, tangi, aut ſuſpenſo brachio, ſed plena tractari manu debebat, cum illa quidem in re totius negotii cardo vertatur. Adeoque nunc certum eſſe debet & exploratum, Carolum M. Imperatorem, Florentinæ urbis alterum quaſi parentem, eam per Hunnos olim exciſam & everſam, inſtauraſſe, mœnibus cinxiſſe, ex inhabitabili & inculta, inductis novis incolis, non habitabilem modo, & amplam, ſed ſplendidam, ſed magnificam feciſſe, d) curiam ibi ſuam quandoque habuiſſe, & anno inprimis 786. natalem Domini diem e) ſolenni ritu celebraſſe, equites ſua manu creaſſe, privilegiis cives decoraviſſe invidendis, præcipue vero immunitatem ab ordinariis tributis indulſiſſe, impoſito tamen certo f) cenſu, Florentinos viciſſim Carolum pro domino agnoviſſe, ejusque ut & Pipini filii regiminis annos in documentis publicis

---

Anonymo excitati Doctores contendunt, Florentinos ob propriam, qua tunc quidem gaudebant jurisdictionem, in urbe ſua, & tractu ſuo *vices ſuſtinere Imperatoris?* aut num exiſtimabimus cohortem ineptorum gloſſatorum evertere jura imperii poſſe, ex incorruptis monumentis luculenter demonſtranda!

d) Malespini paſſim id teſtatur, *capit.* inpr. XLII. XLIII. XLV. *p.* 27 - 31. Et Poggius Bracciolinus pariter affirmat, Florentiam urbem a Carolo reſtitutam eſſe *l. I. Hiſtoriarum Florentini populi p.* 3. Leonardus Aretinus de mœnibus reſtitutis nobilitate revocata, & loco ipſo in formam urbis redacto idem fatetur *l. I. Hiſtoriar. Florentinar. p.* 17. 18. Ex recentioribus Ugolinum Varinum audiamus *l. I. de illuſtratione urbis Florentiæ* canentem:

. . . *miro complexus amore*
Egregios Carolus Romanæ ſtirpis alumnos (Florentinos).
Fovit; & inſigni charos celebravit honore,
Majoremque novis præcinxit mœnibus urbem.
. . . . . .
Ad nova diſperſos revocavit mœnia cives,
Quæque ſibi tutas altis in montibus arces,
Ob ſubitos Martis caſus, dirosque tyrannos
Fecerat, acceſſit pubem. . . .

e) Annales Metenses *ad a.* 786. *Rex* (Carolus) *Romam pergit orationis cauſa* - - *celebravitque natalem domini in Florentia civitate.* Ademus *in Annalibus d. a. Cum Carolus in Florentia Tuſcorum civitate natalem domini celebraſſet, eum maxima celeritate Romam ire contendit.* Poeta Saxo *de geſtis Caroli M. d. a.*

. . (Carolus) *Italicas intraverat urbes,*
Ex quibus eſt quædam Florentia nomine dicta,
In qua virginei partus florem veneratus,
Chriſti ſacrificium ſupplex celebraverat ortum.

Anno autem DCCCV. Carolum Imperatorem ſecundum Florentiæ fuiſſe ipſe non credo, cum eo quidem anno non venerit in Italiam adeoque Joanni Baptistæ Recanato accedo, Malespinum & Buoninseonium *l. I. p.* 18. hic notanti in eruditis ad Poggii Bracciolini *Hiſtoriam Florentinam* adnotationes *p.* 3. ſub *litt. q.* Idemque ante Recanatum Vincentius Borghini docuit *parte* 2. *Diſcurſuum diſcurſu* III. *Se Firenze fu ſpianata da Atila, & riedificata da Carlo magno p.* 287.

f) Ricordanus Malespini *c. XLV. p.* 31. *Alla ſua partita* (*Carlo Magno*) *brivilegiò la città* (*di Fiorenza*) *di molte coſe, e fece francha la città, e i ſuoi cittadini - ſanza pagare alcuna taglia, o iſpeſo ſalvo danari* XXVI *per faſcbolare per ciaſcuno anno.* De equitibus Florentiæ creatis idem Malespini paulo ante: *Carlo fece in Fiorenza aſſai cavalieri di ſua mano.* Immo *c.* LVIII. *p.* 45. ipſos illos equites nominatim recenſere audet, contra quam tamen recenſionem Scipio Ammiratus dubia quædam movet *l. I. delle Hiſtorie Fiorentine p.* 22. C. Petrum Buoninseonium *l. I. dell' Iſtorie Fiorentine p.* 18 qui & *l.* III. *p.* 413. auctor eſt, Florentinos Caroli IV. adhuc ætate, anno ſcilicet 1352. ad veterem illum cenſum XXVI denariorum, Imperatori pro ſingulis focis exſolvendum, ſolenni pacto ſe obſtrinxiſſe. Matthæus Villani, Joannis frater plane conſentit, niſi quod pro XXVI denariis XXXVI habet *parte prima della cronica univerſale de ſuoi tempi l.* III. *c. V. p.* 208. *Il comune di Firenze*, inquit Villani, *promiſſe pagare ogni anno in nome di cenſo, danari XXXVI per focolale.*

g) *Charta*

blicis numeraſſe. g) Lotharium & Ludovicum II. *Abbatiſſas* monaſterii S. Andreæ Florentini confirmaſſe; h) Andream Florentinum Epiſcopum Ticini fuiſſe, interque Italici regni optimates, Carolum, cognomento calvum, Regem ſibi ac dominum eligentes, ſuffragatum eſſe & ſubſcripſiſſe, i) Ottonem M. civitatis, imperio ſemper fidelis, amore captum, varias ei terras donaviſſe, k) in atrio domus Epiſcopales, per Fridericum miſſum, & magiſtratus alios jus dixiſſe, l) Ottonem III: Abbatiam S. Mariæ Florentinam, tutela ſingulari dignatum, imperialem & liberam m) declaraſſe, Hildebrandum, Florentinum Epiſcopum, Henricum S. ſeniorem n) ſuum nuncupaſſe, Tuſcosque omnes fidem eidem Henrico obſtrinxiſſe; o) Attonem vero Epiſcopum ab ipſo Conrado II. Hen-

g) *Charta trium fratrum, Atroaldi, Adonaldi, Adopaldi, apud* Ughellum *T III. Italiæ ſanctæ p.* 29. 30. *Regnante domino noſtro Carolo, & Pipino ejus filio, viris excellentiſſimis Regibus, anno regni eorum in Italia ſeptimo decimo & decimo. - - - Nos Aroald, Adonald, & Adopald, germani filii quondam Ariperti &c. - - Actum Florentiæ &c.*

h) Rodingus *Florentinus Epiſcopus in diplomate* apud Ferdinandum Ughellum *d.l.p.* 33. 34. *Dominus Ludovicus ſereniſſimus Auguſtus per ſuum præceptum per meam petitionem confirmavit domus ſancti Joannis quandam Abbatiolam - - (quæ) eſt conſtructa intra civitatem (Florentiam) in honorem ſancti Andreæ. - - - Ibi ordinavi Radburgam Deo devotam, - - - velut etiam ipſe dominus Imperator eam per ſuum confirmavit præceptum.* Ubi velut in transcurſu notandum, dictas Abbatiſſas per ſonum campanæ, & traditionem thuribuli eſſe inveſtitas, quod Andreas Epiſcopus docet *d. l. p.* 35.

i) *Acta electionis Caroli calvi* apud Pithæum *p.* 506. 7. *Scriptorum & Annalium Hiſtoriæ Francicæ: Nos unanimiter vos protectorem, Dominum ac defenſorem omnium naſtrum elegimus, cui & gaudenter toto cordis affectu ſubdi gaudemus, & omnia, quæ - - decernetis & ſancietis, totis viribus - - concordi mente & prompta voluntate obſervare promittimus.*

Ego Andreas S. Florentinæ eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Scipio Ammiratus idem tangit, & Andream novo Imperatori jure jurando fidelitatis ſe obſtrinxiſſe commemorat *l. I. Hiſtoriarum Florentinarum p.* 23. Vincentius Borghini autem hæc aliaque multa callide diſſimulat, *nello Trattato della chieſa, e Veſcovi Fiorentini p* 401. *ſequ.*

k) Ricordanus Malespini *c. LI. p.* 34. 35. *Otto venendo in Toſchana fue ricevuto da Florentini - - molto onore volmente. - - - E ancora trovammo del detto Otto primo, che ſpeſo ſoggiornava in Fiorenza, quando andava a Roma, o tornava, e puoſe amore alla detta Fiorenza, perche ſempre era ſtata fedele allo imperio, e ſi la ſavoreggiò, e brivilegiò, e concedettele in fino a ſei miglia di contado.* Quæ eadem verba Jo. Villanus more ſuo repetit *l. IV. c. I. p.* 69. Poggius *l. I Hiſtoriæ populi Florentini p.* 4. *Otto fines Florentinorum, quos comitatum appellavit, ad ſex paſſuum millia protendit.*

l) ſupra §. I.

m) In charta apud Ughellum *p.* 57. 58 *Monaſterio S. Mariæ - - omnia quæ illi collata eſſe noſcuntur, per hoc noſtrum præceptum corroboramus. - - Jam dicto monaſterio in civitate Florentina ſito - - nominative caſtellum de Segna - - firma corroboramus traditione. Præcipimus itaque, quod nullus Dux, Marchio, Comes, Vice - Comes - - - eandem Abbatiam de ſuis rebus inquietare, moleſtare, vel diſveſtire præſumat. Ipſa vero Abbatia regalis vel imperialis libera æternaliter permaneat.*

n) Apud Ughellum *d. l. p.* 62. 63. *Meum ſeniorem ſcilicet Imperatorem (Henricum S.) adire ſtudui, quatenus illius conſilio juvamineque animatus perficere valerem, quod deſideravi,* & aliquibus interjectis: *pro anima Henrici Imperatoris ſenioris mei, ſuæque præclaræ conjugis Cunigundæ, atque pro remedio animarum Imperatorum ſeu Regum iſtius regni Italici.*

o) Adelboldus *in vita Henrici S. §. XLI p.* 439. *Tuſci Henrico occurrunt, & manus per ordinem ſinguli reddunt.* Ditmarus *l. VI. Annalium p.* 378. *Henricus Tuſcos ſibi obviantes in conſortium ſibi firmiter ſervientium ſuſcipis.* Petrus Buoninsegnius addit, Henricum in Florentina urbe diu moratum eſſe, & templum Miniato ſacrum exædificaſſe *l. I. dell' Iſtorie Fiorentine p.* 21. Qua fide non diſquiram. Sæpe enim & graviter hic ſcriptor hallucinatur.

B p) Wippo

Henrici S. ſucceſſore, qui omnem Tuſciam ſubjugarat, p) inſtitutum, ordinatorem eum ac dominum ſuum vocare, q) utriusque regiminis annos in diplomatibus publicis adſcribi & computari, eundemque morem ad Henricum IV. usque conſtanter r) ſervatum eſſe; Henricum V. Romam proficiſcentem Florentinum pagum tranſiviſſe, in ipſa primaria urbe curiam circa feſtum nativitatis domini a. 1110. celebraſſe, debito ſimul cenſu a Florentinis pariter ac vicinis exacto. s) Lotharium II. Godefrido Florentino Epiſcopo poſſeſſiones confirmaſſe t) generoque Henrico magnanimo Etruriam univerſam, in beneficium dediſſe; u) Fridericum I., Welphonis VI rogatu, ſua auctoritate roboraſſe, x) eundem Fridericum Florentinos ſigillatim officii admonuiſſe; y) Henrico

p) Wippo *in vita Conradi II. p.* 433. *Conradus omnem Tuſciam ſibi breviter ſubjugavit.*
Sicque triumphando Romanam viſitat arcem.

q) In Diplomate apud Ughellum *T.* III. *Italiæ ſacræ p.* 78. *Pro anima*, inquit Atto, *Conradi ſereniſſimi Imperatoris, Domini & ordinatoris mei, ſuæque preclaræ conjugis, Giſlæ, excellentiſſimæ Imperatricis, nec non & pro ſalute Henrici Regis, clariſſimi filii ſui, atque pro remedio animarum imperatorum ſeu Regum iſtius regni.* Lambertus Attonis in Epiſcopali munere anteceſſor Conradum *ſenioris nomine* pariter inſignit *d. l. p.* 68.

r) De Henrico S. duæ chartæ apud Ughellum *p.* 62. 64. de Conrado II pariter duæ *p.* 79. 81. de Henrico III, & ejus annorum regiminis computatione una apud eundem Ughellum *p.* 87. teſtantur. Sub Henrico IV. deſiſſe illum morem, cum ex alio apud Ughellum monumento, ab ipſa Mathildi Florentiæ dato, ſubſcripto, & ſignato, *p.* 114. patet, tum mirum videri non debet expendenti, quam acerbo illa innocentiſſimum principem odio proſecuta ſit, & quam arcte familiariterque vicíſſim Gregorium VII. aut ejus in pontificatu ſucceſſores, non ſine turpis commercii ſuſpicione, dilexerit. Appoſite igitur Poggius Bracciolinus *l.* I. *Hiſtoriæ Florentinæ p* 4. *Prima*, inquit, *Florentinorum defectio culpa Henrici IV. orta eſt, Romano Pontifici* (Gregorio VII.) *cui Florentini favebant, hoſtis.* C. Scipionem Ammiratum *l.* I. *Hiſtoriarum Florentinarum p.* 44. inter paulo antiquiores Maleſpinum *c.* LXVI LXVIII. *p.* 50. 53 Jo Villanum *l.* IV. *c.* XXII. *p.* 90. 91. Petrum Buoninſegnium *l.* I. *p.* 27. alios.

s) Conradus Urspergensis *p.* 254. *Rex Henricus rebus proſpere per Longobardiam atque Tuſciam diſpoſitis, apud Florentiam dominicæ nativitatis gaudia, cum ingenti ſuorum tripudio & mirando, ac eatenus illius patriæ civibus numquam viſo decore & honore concelebravit.* Donnizo presbyter in vita Mathildis *l.* 2. *c.* 18. *p.* 682.
. Francigenam ſtratam tenuit Rex - -
Tranſiit certe tunc incipiente Decembre
Montem Burdonis, Tuſcanæ fluxit in oris.
Gens trepidat cuncta, nummos ſibi datque tributa.
Ceu Longobardi ſic Tuſci ſunt tremefacti
Cum Florentinis celebravit denique Chriſti
Natalem, denſas plebs hæc ſibi contulit eſcas.

t) Chartam adduxit, ſed non edidit Ughellus *T.* III. *Italiæ ſacræ p.* 121.

u) Conradus Urspergensis *p.* 278. *Henricus per Tuſciam exercitum duxit, quam & ab Imperatore in beneficio obtinuit;* quæ eadem verba Monachus Weingartensis habet *in Hiſtoria de Principibus Guelphis c.* XII. *p.* 788.

x) Conradus Urspergensis *p.* 283. *Fridericus Welfoni avunculo ſuo - - contulit in beneficium Marchiam Tuſciæ - - & totam terram Mathildis Comitiſſæ.* Idem *p.* 289. *Welfus totam militiam ſuam in Tuſciam movens - - - Baronibus terræ VII. comitatus cum tot vexillis conceſſit, cæteris quoque de civitatibus ſeu caſtellis ad ſe confluentibus, unicuique quod ſuum erat tribuit. Sed & ipſe ſua, quæ ſingulæ civitates ad ſe injuſte contraxerant, recepit.* C. Radevicum *l.* II. *de geſtis Friderici I. c. X. p.* 512.

y) Godefridus Viterbiensis *parte* XVII. *Chronici p.* 516.
Servit ei (Friderico I.) *Parma, Bononica tranſiit arva*
Alpe ſatis parva Florentia pertulit arma.
C. Ricordanum Maleſpini *c.* LXXXII *p.* 59. itemque Buoninſegnium *l.* I. *p.* 32. ubi de judicibus & vicariis in omnibus Tuſciæ civitatibus a Friderio I. conſtitutis.

z) Ri-

Digitized by Google

rico VI. aſpero Florentinos fideles fuiſſe, eundem Philippo Svevo fratri totius Tuſciæ principatum z) tradidiſſe, Ottonem IV. Tuſciæ partes non minus peragraſſe, Fridericum II. Florentiam aperte pro urbe imperii habuiſſe, aa) ac cives nominaſſe fideles ſuos. bb) Ergone Florentinos hoc tanto temporis intervallo liberos immunesque faciamus? extra leges noſtras, & extra imperium poſitos credamus? & Florentinos quidem ſolos, cum nullæ in circuitu civitates, remotiores etiam, ac Florentina multo potentiores Regum Cæſarumque noſtrorum mandata, cc) præcepta, juſſus impune umquam ſint adſpernatæ?

§. III.

Poſt interregnum Florentinos majores ſumpſiſſe ſpiritus cum a) MACHIAVELLO facile credo, ſed plenam libertatem adeptos eſſe, aut veræ reipublicæ formam civitati cœpiſſe dari, BLONDUS mihi non perſvadebit. b) Durante interregno enim Manfredus, Friderici II ſpurius, Florentinis ad

z) RICHARDUS DE S. GERMANO, *in Chronico ad a. 1193. p. 959. Bertholdus Comes ex parte Imperatoris in regnum* (Neapolitanum) *legatus mittitur, qui veniens cum electis militibus, & bellatoribus de Florentia - - Venafrum - - vi cepit &c.* AUCTOR GESTORUM INNOCENTII III. § XXII. *p. 6. T. I. Epiſtolarum Innocentii III. Cæleſtinus Papa - - excommunicaverat - Philippum, Ducem Sveviæ, dum eſſet Dux Tuſciæ.* CONRADUS URSPERGENSIS *p. 304. Henricus VI - -* (tradidit Philippo fratri) *dominium totius Tuſciæ, & terram dominæ Mathildæ.*

aa) URSPERGENSIS *p. 313. Otto peragratis partibus Tuſciæ - - - manu hoſtili cœperat invadere terras ſancti Petri.* Et MATTHÆUS PARISIUS auctor eſt, Ottonem *feciſſe per ſacramentum legalium hominum imperii, dominica caſtella ſua, & alia jura ad dignitatem imperialem ſpectantia perquiri, & quæcunque per recognitionem ad jus imperii ſpectare didiciſſet, in uſus ſuos convertere laboraſſe, p. 160. Hiſtoriæ majoris ad a. 1210.* Unde nec is Florentiam aut Cæſarum in Florentiam jura neglexiſſe putandus erit.

bb) Placet hic inprimis BLONDI teſtimonio uti, quod eo ſcriptore Florentinum defenſorem quam maxime delectari videam. Ita vero BLONDUS *Decade II. l. VII p. 288. Cum Fridericus II Florentiam ipſam memorans imperii jurium eſſe, eam in ſuis partibus teneri contenderet, auſam illi favere nobilitatem omnem populus per arma Florentinus ejecit. Eam itaque civitatem ſæpe pertentatam Fredericus cum precibus pollicitationibusque nequiret, armis territam in ſententiam perducere eſt annixus, præſidio ex Germanis Saracenisque ſingulis partium ſuarum dato, cujus favore contraria ſentientes exterminarentur, primique omnium Piſtorienſes - - Panzaticos ejecerunt &c.*

cc) Apud GOLDASTUM *T. II. Conſtitutionum Imperialium p. 64. 65. Cauſa appellationis ad nos interjecta per B. & S. de Florentia fideles noſtros. - - - Accedens nuper ad majeſtatis noſtræ præſentiam Petrus de N. civis Florentinus fidelis noſter.* Sicut & MALESPINI *refert Florentinos in ſervitio Imperatoris fideliter militaſſe c. CXXIX. XXX. p. 88. 89* v *ſupra § I. ſub litt. n.*

a) Ingenua hujus confeſſio eſt *II Hiſtoriæ Florentinæ p. 63. Florentiam primo ſtirpem Carolinam obtinuiſſe & Imperatoribus Germanis paruiſſe ſub interregnum majorem audendi facultatem acceſſiſſe.* Ut omnino uſu quandoque venerit, quod POGGIUS habet *l. V. Hiſtoriæ Florentinæ p. 203. Erat civitas longa pace admodum opulenta opes ampliſſimæ, pecuniis affluebant cives ſupra modum elati faſtu, &, ut fieri ſolet, ex rerum copia orta ſuperbia neque Pontificem* (Imperatorem) *neque quenquam alium magni pendere ſinebat.* Aut quod KONIGSHOVIUS ſcribit *c. III. Chronici § 23 p. 227.* Die von Florenzie laſſent weder Bopſt noch Konig in die Stat wann mit ſoliger Gedinge als ſü dan welent, aut quod ARETINUS memorat *l. I n. 17. Italiæ civitates poſtquam in Germaniam Imperium transferat, ad libertatem reſpexiſſe ac Imperium verbo magis quam facto confeſſas eſſe. c. p. 18. 19.*

b) *Mortuo Friderico*, inquit BLONDUS, *Decade II. l. VII. Hiſtoriarum ab inclinatione imperii p. 299. Florentini ſeſe in libertatem vendicarunt - - Creatisque tunc primum Florentiæ magiſtratibus forma reipublicæ dari cœpta* Id tamen concedo democraticam regiminis formam, tunc inprimis ſtabilitam

eſſe

ad internecionem cæſis, cum eorum urbem, tum Tuſciam ſubjugabat univerſam, c) & poſt Manfredi mortem Carolus Andegavenſis, vicarius ejus provinciæ generalis ab ipſo Papa conſtituebatur, partim quod imperium tunc vacaret, d) partim quod Carolus ſenatoris ac patricii Romanæ urbis honore præfulgeret. Lepidum & inſulſum commentum, de vendita Florentinis per Rudolphum I Autonomia, ipſe explodit auctor, ubi porro valde accidit opportune, quod idem Imperator Rudolphum primo Salisburgenſem, mox Joannem de Aveſnis, vicarios in Tuſcia generales, cum poteſtate ampliſſima crearit, quod Adolphus Naſſovius Joannem de Cabilone eo miſerit, quod judices imperiales & publica inſtrumenta, ſub illo ipſo Adolpho & Alberto, Italiam tamen ne quidem ingreſſis, ſignaſſe ac ſubſcripſiſſe e) legantur. Hoc ſolum Florentinis majori audendi animum addidiſſe

---

eſſe apud Florentinos interque alia lege cautum ſolenni, non debere quenquam civium ad Epiſcopalem in urbe dignitatem adſpirare, niſi eum ipſe tum agnati referri inter *magnates*, hoc eſt - cunctis aliis reipublicæ muneribus excludi vellent, Decretum habet UGHELLUS *p.* 171 C. JO. MICHAELEM BRUTUM *l. I. Hiſtoriæ Florentinæ p.* 6. 7.

c) MONACHUS PADUANUS *l. III. de rebus in Inſubribus & Euganeis geſtis p.* 613. *Florentini, qui frequenter de ſuis triumphaverant inimicis, coram militia principis* (Manfredi) - - *eorum peccatis exigentibus miſerabiliter corruerant. Illi ducem, qui de bello evadere potuerunt - - nimium perterriti, Florentiam deſerentes, ad quam occupandam inimicorum exercitus properabat, ad Lucanam urbem quantocyus contulerunt. Taliter princeps cum ſua parte illam potentiſſimam obtinuit civitatem, & cum ipſa pariter fere ſibi totam Tuſciam ſubjugavit.* LEONARDUS ARETINUS *l. II. Hiſtoriarum Florentinarum p.* 31. *Non jam populi ſed Manfredi nomine cuncta gerebantur. - - Stipendia ex ærario Florentini populi Germanis promebantur. - Omnes cives, qui in urbe remanſerant, fidem promittere coacti in Manfredi nomen juravere.* Nec BLONDUS hic diſſentit *Decade* II. *l.* VIII. *p.* 310.

d) MONACHUS PADUANUS *c. l. p.* 622. *Rex Carolus regno ſubacto Siciliæ venit Viterbium ad Papam Clementem & ibidem eſt ab eo vicarius imperii* conſtitutus, *cujus mandata ceteræ civitates Tuſciæ humiliter receperunt. Piſani vero & Senenſes, Burgenſes quoque Podii Bonici, præcepta ſummi Pontificis & Regis penitus contempſerunt.* Qui hac ætate vixit RICORDANUS MALESPINI auctor eſt, Carolum Andegavenſem ſuos quotannis vicarios Florentiam ablegaſſe, & ab his civibusque duodecim aliis gubernatam eſſe urbem *c. CLXXXV. p.* 139. *Al Reggimento venia in Fiorenza d'anno in anno ſuoi Vicarii, & dodici cittadini, Buonomini col Vichario reggeano la città in quello tempo.* Et *c. CLXXXVIII. p.* 141. ſcribit, Carolum Andegavenſem ipſum Florentiam veniſſe, multosque ibi equites creaſſe: *Lo Re Charlo fatto Vichario generale del Papa in Toſchana, mentre che inperio vacaſſe, ſi venne di Puglia in Toſchana - - e entrò in Fiorenzo con grande onore - - e fece molti gentili huomini cavalieri;* Idemque Carolum Salernitanum Andegavenſis filium & hæredem feciſſe alter MALESPINI, prioris nepos teſtatur *c. CCXVII. p.* 166. De Vicariatu Andegavenſi per Tuſciam dato præter SCIPIONEM AMMIRATUM *l.* III. *p.* 139. 143. 149. 152. FRANCISCUS SANSOVINUS pariter loquitur *nella Storia di Caſa Orſina l. II. p.* 24. qui & *p.* 27. refert, qua occaſione Nicolaus III, Pontifex maximus ex eadem Orſina domo, vicariatus univerſalis in Tuſcia dignitatem Carolo iterum abrogarit, eaque poſtrema verba ſola adduxiſſe ſufficiat: *Nicola III primieramente tentò di far parentado col Re Carlo, ma ritintato da lui con parole aſpre & ſignificanti, chera indegno di meſcolarſi col ſangue reale, l'animo di quell' animoſo Pontefice rimaſe di modo punto che nulla più. - - Perciocbe gli levò il titolo di vicario General nella Toſcana, il qual gli era ſtato conceſſo, - - dalla chieſa, ſotto preteſto, che havendo Ridolfo Imperadore promeſſo ajuto gagliardo per l' impreſa di terra ſanta, non voleva mantener la promeſſa, ſe Carlo non rinuntiaſſe quel titolo, il qual s' apparteneva all' imperio.* Quod argumento ſimul eſt luculento, tantum abeſſe, ut Rudolphus Tuſciam, & in Tuſcia Florentiam derelinquendi animum habuerit, ut jura imperii potius & intellexerit probe, & urſerit etiam. Eoque & illud ſpectat, quod AMMIRATUS refert *l.* III. *p.* 158. Rudolphum privilegia Florentinorum a Cæſaribus priſcis accepta confirmaviſſe.

e) Imprimis de Rudolpho teſtatur inſigne Diploma apud MARTENIUM & DURANDUM *T. I. theſauri anecdotorum p.* 1192. 93. *Rudolphus Dei gratia Roma-*

didiſſe videtur, quod Henricus VII quadraginta dierum obſidione parum f) proficeret, idemque brevi poſt Ludovico g) Bavaro eveniret, Dante interea h) aliisque ſummis & doctiſſimis viris, Monar-

Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prælatis, Principibus, Nobilibus, Comitibus, civitatibus, Communitatibus, Univerſitatibus - & perſonis ſingularibus quibuscunque, in partibus Tuſciæ gratiam ſuam - Commiſſiones Rudolpho electo Saltzburgenſis Eccleſiæ - in bonis, poſſeſſionibus, reditibus, civitatibus, jurisdictionibus nec non in aliis, in quibus mandatum requiritur ſpeciale, de terra Tuſciæ in omnibus ſuis articulis expreſſius revocantes, ad notitiam veſtram cupimus pervenire, quod nos Joannem de Avesnis ordinamus noſtrum & Romani Imperii partibus Tuſciæ vicarium generalem, & inſuper procuratorem & nuntium noſtrum ad recipiendum, noſtro & Imperii nomine, fidelitatis, homagii, & ſervitii nobis debiti ſacramenta, & ad petenda & recipienda bona - - - pertinensia ad nos & Imperium, & ad diſponendum de ipſis, & judices & officiales conſtituendum. - Damus præterea prædicto Comiti plenam poteſtatem -- rebelles, ſi quos in partibus Tuſciæ repererit, privandi feudis -- privilegiis, jurisdictionibus. Datum Friburgi a. 1284. de Adolpho notus eſt locus ex HENRICO STERONE ACTHAENSI *ad a.* 1293. *p.* 398. *Adolphus Joannem de Gabilone conſtituit Vicarium ſuum, & miſit in Tuſciam, quem Bonifacius Papa favorabiliter recepit.* Sigillatim tenendum, Alberti, adeoque & Adolphi præfectis, non minus quam Rudolphi I. vicariis præſcriptam pecuniæ ſummam debuiſſe exſolvi, id quod Robertus Rex civibus in memoriam revocat apud SCIPIONEM AMMIRATUM *l.* 3. *p.* 243. *Se l' Imperadore Ridolſo non ero calato in Italia, Sapeano bene che egli is havea mandato ſuoi vicari iquali haveano conteſo co Fiorentini e aquali era ſtato biſogno pagar danari per levari dinanzi, come haveano anche fatto ulti mamente co miniſtri & Capitani dell' Imperadore Alberto.* Joannis de Cabillorio, VINCENTIUS BORGHINIUS pariter mentionem facit, licet eum *parte II. diſcurſuum p.* 323. pro Alberti vicario per errorem habeat & *p.* 325. perſvadere lectoribus velit, memoratum Joannem in publicis illorum temporum chartis numquam Romanorum Regis vicarium dici, ſed tantum quod pro tali ſe gerat. Pagina tamen 328. & 29. diffiteri ipſe non poteſt Cabillonenſi a Florentinis ſolis 35000 florenos debuiſſe numerari, licet id non per modum ſubjectionis, ſed avertendæ calamitatis publicique boni promovendi cauſa factum fuiſſe contendat. C. PETRUM BUONINSEGNIUM *l. I. p.* 101. qui Joannem vicarium 30000 libras ſecum aſportaſſe memorat & JOANNEM VILLANUM de 3000 florenis loquentem *l.* VIII. *c. X. p.* 292.

f) HERMANNUS DE LERBEKE *in Chronico Comitum Schaumburgicorum p.* 515. *Henricus VII. anno ultimo Imperii ſui Florentiam obſedit, ſed antequam Florentini ſe ſuæ gratiæ ſubjicerent rebus exceſſit humanis.* Inſcriptio vetus apud UGHELLUM *T.* III. *Italiæ ſacræ p.* 175. 76. - - - *Henricus Roma rediens coronatus, infeſtus Florentinis, quod coronationi ſuæ obſtitiſſent, rogatus ab exulibus, quorum Princeps erat Dantes Poeta, urbem obſedit ab ea parte, quæ eſt ad ſeptentrionem, atque cum vidiſſet ædificiis intentam civitatem (præcipue teſtatur id palatium Cocbiorum quod noctu etiam ſtruebatur fanalibus accenſis) poſt quadrageſimum diem ſoluta obſidione diſceſſit* MCCC XIII. *Kalend. Octobris* (ALBERTINUM MUSSATUM *in Hiſtoria Auguſta Henrici VII. l. XVI. p.* 93. C. JOANNEM DE CERMENATE *de geſtis Mediolanenſium ſub Henrico VII. c. L. ſeq p* 81. *ſequent. T. II. anecdotorum* MURATORII. BLONDUM FORLIVIENSEM *Decade II. l. IX p.* 346. 47. LEONARDUM ARETINUM *l. IV. p.* 90. 91. NICOLAUM MACHIAVELLUM *l.* II. *Hiſtoriæ Florentinæ p.* 95. (qui quinquageſimo demum die ſolutam eſſe obſidionem narrat) *ac* BORGHINUM *della chieſa e Veſcovi Fiorentini p.* 589. JACOBUS igitur A KÖNIGSHOFEN arguendus erroris eſt, cum Florentinos deditionem feciſſe ſcripſit *c.* II. *Chronici* §. *CXCV. n.* 124.

g) Epitaphium Franciſci de Silveſtris de angulo, Florentini Epiſcopi, apud UGHELLUM *T* III. *p.* 193. (Franciſcus Epiſcopus) *Ludovicum ſchismaticum Imperatorem, Italiam devaſtantem, & Florentiam obſidione prementem, dum cives deditionem agitant ſubtractis eidem octaaginta gravis armaturæ equitibus fugatum ſummovit.*

h) De Dante Aligherio Poeta Cæſaribus fidiſſimo adferri epitaphium meretur ex III UGHELLI *tomo p.* 184.

Jura Monarchiæ, ſuperos. Phlegethonta lacusque Luſtrando cecini, voluerunt fata quousque. Sed quia pars ceſſit melioribus hoſpita caſtris. Auctoremque ſuum petiit felicior aſtris. Hic

claudor

Digitized by Google

Monarchiæ jura cum calamo tum ore tam pertinaciter defendentibus, ut patria, domo, penatibus, foro extorres fieri, civium impiorum congreſſu prohiberi, quam principum ſuorum majeſtati vel tantillum derogare præoptarent. Cæſarum majeſtati dico, non impune a ſubditis læſæ aut laceſſitæ. Neque enim, Henricus præſertim, pro hoſtibus Florentinos, ſed pro defectoribus, ſeditioſis, perduellibus habuit, bona eorum Genuæ inventa partim in fiſcum rediri juſſit, partim in prædam militi conceſſit, honoribus, cives & omni dignitate mulctavit, reddendi juris, cudendæque ex auro & argento monetæ facultatem ademit, populi primores tamquam rebelles capitis damnavit & proſcripſit. i) Iſtane ergo in urbem prorſus liberam quadrare, aut in gentem ſupremo dominio inſtructam convenire credas? Multo minus Carolus IV, imperii alias vitricus ac diſſipator dictus, jura ſua neglexit, principio ſtatim regiminis, Florentinos cives graviter ac ſevere cohortatus, ut, ſi ſalvi eſſe vellent, a cunctis novitatibus abſtinerent. Florentini viciſſim k) præterita excuſabant, Carolum a. 1355. in Italiam venientem reverenter excipiebant, excepto fidem debitam præſtabant, centum inſuper millibus florenorum numeratis. Quin requiſiti Imperatorem Romam euntem, Antonio Adomaro & Joanne de Medicis Ducibus, equitibus ducentis comitabantur, ac tum demum confirmationem privilegiorum, ac commiſſorum criminum omnium plenam abolitionem Senis impetrabant. l) Idem Cæſar Floren-

claudor Dantes patriis extorris ab oris. Quem genuit parvi Florentia mater amoris.
Obiit anno ætatis LVI. MCCCXXI.

Itemque aliud epigramma non invenuſtum, quod Dantis effigiei in metropolitana Florentina ſubjectum legitur.

Qui cœlum cecinit mediumque imumque tribunal
Luſtravitque animo cuncta Poeta ſuo:
Doctus adeſt Dantes, ſua quem Florentia ſæpe
Senſit conſiliis & pietate paterni
Non potuit tanto mors ſæva nocere Poetæ
Quem vivum virtus, carmen, imago facit.

Georgius Merula auctor eſt, Aligherium noſtrum pro ſua in patriam vera pietate, ipſa poſtremo carmine commendata, Florentinos *rebelles* adpellare *cæcos* conſueviſſe *l. VII. Antiquitati Vice-Comitum p.* 139. Et Leonardus Aretinus *l. VIII. p.* 88. *Exſtat*, inquit, *Dantis Poetæ epiſtola amariſſimis referta contumeliis, quam ipſe* - - - *contra Florentinos ut vocat intrinſecus ſcripſit.* Plura de noſtro apud Joannem Villanum vide *l. IX. della Storia c. CXXXV. p.* 440. 41.

i) Quæ hic indigito fuſius deſcribunt Jo. Villanus *l. IX. della Storia c. XXVIII. XLVIII. p.* 391. 401. Scipio Ammiratus *l. V. p.* 250. 257. 58. Georgius Merula *l. VIII. Antiquit. Vice-Comitum p.* 1[illegible]0. & Tristanus Calchus *l. XX Hiſtoriæ Mediolanenſis p* 436. C. Aretinum *l. V. p.* 92. Borghinium *parte II. di curſuum p.* 144. 45. Ante eas turbas Henricus Florentiæ ſuæ impenſe favens conſtituerat, *di quella citta fare ſua camera, e la migiore di ſuo imperio*, quæ verba ſunt Joannis Villani *l. IX. della Storia c. VII. p.* 383. De pœna autem Florentinis poſtmodum intentata pauca ſaltem ejuſdem Villani verba adſcribam ex *c. XLVIII. p.* 401. *Tornato lo'mperatore in Piſa fece grandi e gravi proceſſi contro a' Fiorentini di torre alla città ogni giuridizione, e onori, diſponendo e annallando tutti i Giudici, e Notai, e condannò il comune di Firenze in cento mila marche d' argento, e i piu grandi cittadini, e popolani che reggeano la Città nello havere, e nella perſona, e che i Fiorentini non poteſſero battere, ne far battere moneta d' oro ne d' argento &c.* Nam Henricus Florentinos pro ſubditis & tunc rebellibus utique reputabat. V. ſententiam in Robertum Regem *T. I.* Freheri *p.* 414.

k) *Exſtat*, inquit Lambecius, *l. II. Commentariorum de Bibliotheca Vindobonenſi, c.* VIII. *n.* 59. *p.* 939. *in bibliotheca Cæſarea epiſtola Imperatoris Caroli IV. ad rempublicam Florentinam, qua illam monet, ut ab omnibus novitatibus & rebellionibus* abſtineat, *ſimul etiam ejuſdem reipublicæ reſponſum excuſatorium.*

l) Leonardus Aretinus *l.* VIII. *Hiſtoriarum Florentinarum p.* 165. *Florentinorum legati poſt multorum dierum diſceptationem tandem pecuniam dare pacti, cuncta quæ poſtulabant* (a Carolo IV) *conſecuti ſunt.* - - *Ad hunc Senis exſiſtentem Florentini pecuniis ex fide miſſis contra ſpem ac vota inimicorum, præcipua benevolentia in ſinum ejus irrepſere* - - - - *Mox repetitis Senis, cum in ea urbe, paucos dies reſediſſet, Florentinis ſociisque eorum, cuncta indulſit, quæ ad amplitudinem honoremque eorum ſpectare videbantur.* C. *p.* 177. ubi Carolum laudat ob

Florentinos cum Barraboni Vice-Comiti Mediolanenſi, prout ipſe juſſerat, bellum inferre nollent, indicta mulcta m) caſtigavit, Petrum Florentinum Epiſcopum a, 1364. principem imperii

---

ob multa Florentino populo priori expeditione benigne indulta. JACOBUS PHILIPPUS BERGOMAS *l,* XIII. *repercuſſionum Hiſtoricarum p.* 341. *Carolus IV. in Italiam deſcendens - - cum ingenti comitatu Piſas acceſſit, atque ibidem legatos totius Etruriæ obvios habuit, qui dicerent ſe paratos fore ipſius mandatis obtemperare. - - - - Quibus optime geſtis in Germaniam rediit.* NAUCLERI porro fidem Florentinus defenſor, in dubium, ut puto, non vocabit, ſcriptoris nimirum tam gravis quam veracis, & ab ipſo ANONYMO noſtro aliquoties commendati. NAUCLERUS igitur *generatione XLVI. Chronographiæ p.* 256. *b. Carolus,* inquit, *Piſas abiens honorifice eſt ſuſceptus, in qua civitate per totum Februarium pauſavit, ibique legatos Senenſium Volaterranorum, totius fere Hetruriæ obvios habuit, veneruntque Florentini eidem fidelitatem, quam Imperatori debebant, præſtantes, & - - ſupra centum millia florenorum propinarunt.* Aut ſi NAUCLERUS ſuſpectus eſt, en tibi MATTHÆUM VILLANUM *parte I. della Cronica univerſale de ſuoi tempi l. IV. c. LXIX. LXXII. LXXIII. LXXX. ſequ.* cumque hujus verba copioſiora ſint, en tibi SCIPIONEM AMMIRATUM, transactæ inter imperium & Florentinos litis conditiones, ex ipſo Florentino tabulario bona fide referentem *l. XI. p.* 571. *Eſſendoſi gli ambaſciadori Fiorentini ſtretti con Ceſare dopo molte conteſe, per lequali egli proruppe ad ira grandiſſima, fu conchiuſo l'accordo con queſti capitoli. Che Carlo Re di Boemia eletto Imperadore caſſava e annullava tutte le ſentenze & condennagioni, le quali per addietro foſſere fatte o pronunziate contro la città cittadini, & comune di Firenze, & ſuoi contradini - - per gl' Imperadori Romani, & Re de Romani ſuoi anteceſſori, & tutti, & ciaſcuno intero reſtituiva ne ſuoi honori, giurisdizioni, & domini perſonali & reali. Che 'l comune, popolo, città, contado, & diſtretto di Firenze ſi reggeſſe, ſecondo gli ſtatuti, & le eggi municipali - - con facoltà di poterne far di nuovo. - - Che i priori dell' arti, & Gonfaloniere della giuſtizia, che ſono, e che per i tempi ſaranno all' oficio del priorato, ſieno irrevocabili ſuoi vicarii il tempo della ſua vita. I Sindoci dall' altro canto a voce & a nome della republica doveſſono a lui in publico far la ſommeſſione & l' ubbidienza, riconoſcendolo per vero eletto Imperadore. Che per tutto ciò che obligati foſſono per li tempi paſſati in fino al preſente à lui e à tutti ſuoi anteceſſori, per qualunque ragione ò cagione dire ò nominar ſi poteſſe, & per tutte le terre, che il detto commune tiene, e ha tenute in ſuo contado, & diſtretto, promettes ſono per tutto agoſto primo in quattro paghe fiorini cento mila d'oro. Che ogn' anno del meſe di marzo doveſſono dare al detto Imperadore Carlo, alla ſua vita ſola mente quattromilla fiorini d'oro per compenſatione di cenſo, &c. - - - - - Queſti furono i capitoli ſtipolati tra Ceſare e Fiorentini,* addit AMMIRATUS, *publicati il ventuneſimo giorno di marzo, nel duomo di Piſa.* Et *p.* 572 73. 75. porro deſcribit, quomodo Florentini ſuo ſe debito exſolverint Piſano pacto convenienter. PETRUS BUONINSEONIUS poſt VILLANIUM *d. l. & c. LXIX. LXXII. p* 375. 78. pleraque iſta pariter narrat *l.* III. *dell' Iſtorie Fiorentini p.* 435. 36. 37. Poſtremo etiam loco plane fatetur, Florentinos imperio quotannis quatuor mille florenos debuiſſe, ridiculumque eſt, cum hoc non obſtante addit, cunctas Hetruriæ civitates ad inſtar Romæ, ab Imperatorum jugo prorſus fuiſſe immunes, ans cum *p.* 436. jusjurandum a Florentinis præſtitum non tam pro ſacramento fidelitatis, quam pro ſacramento concordiæ habet. De Florentinis Carolum Romam deducentibus, ac renovatione privilegiorum ab eo impetrata, cum VILLANO *l. IV. c. LXXXV. p.* 391. idem AMMIRATUS *p.* 572. 73. videndus. Eſto igitur; Florentinos nonnullis poſt interregnum Cæſaribus minus fuiſſe obedientes, Rudolpho I. homagium, aliis Regibus cenſum, Henrico VII, Ludovico IV, quin Carolo IV ipſi principio ſubjectionem, proterve denegaſſe, quod Florentini ſcriptores paſſim copioſe narrant. Præſcriptio tamen nulla hucusque exſculpi, aut jure opponi poterit Germanis, utpote non modo crebris Regum noſtrorum interpellationibus, ſed hoc uno ſoloque Caroli IV facto, tam aperte tam clare interrupta, ferme ut non potuerit clarius.

m) JOANNES NAUCLERUS *in chronographia generatione XLVI. p. 258. a. Ad petitionem urbani miſſi ſunt quatuor Florentini, quos Pontifex hortatus eſt, ut in belli ſocietatem adverſus Bernabonem irent, Floren-*

perii n) creavit, inveſtituit Academiæ Florentinæ a ſe confirmatæ o) cancellarium, judicem-
que

Florentini autem conſultatione habita id negarunt ea de cauſa, quod pax civitati cum Bernabone eſſet. Quod reſponſum nec pontifici nec Carolo gratum fuit, quamobrem Imperator, quod bellum Bernaboni minaretur haud multo poſt inſperato pacem cum illo fecit. - - Carolo intrante Italiam Florentini obviam mittunt, exploraturi, qua mente veniret, ac Carolus - - fecit per Paduam & Bononiam iter & dum Piſis ageret - - nonnihil pecuniarum extorſit a Florentinis. Poggius Bracciolinus *l. I Hiſtoriarum populi Florentini p.* 35. *Lucæ pro Imperatore erat patriarcha Aquilejenſis natione Germanus, qui oppidum Miniate - - imperii nomine occupans vicina Florentinorum loca novo bello hoſtiliter invaſit, ea mente, ut Florentinos, ſicuti poſtmodum accidit, ad redimendam ab Imperatore pacem impelleret, quæ paulo poſt - - datis Imperatori aureorum millibus quinquaginta ſecuta eſt.* C. Ammiratum §. 13. *p.* 666. Idque Benevenutus de Rambaldis tangere videtur in *Auguſtali libro in vita Caroli IV. p.* 13. 14. *Carolus cum maximo potentatu (in Italiam) veniens opera & favore Urbani V. terribilis omnibus primo apparuit, ſed cito cum magna pecunia ſed majore infamia reverſus eſt ad patriam.* Sic ut Bernardinus Corius, Hiſtoriæ Mediolanenſis ſcriptor, ea quidem in cauſa, cum in Imperium, tum Carolum IV. ipſum perinjurius videatur, narrationem invertens, nec Florentinos Carolo, ſed Carolum Florentinis pecuniam ſolviſſe commemorans, *parte terza delle Hiſtorie Milaneſi p.* 575. *Succeſſe gran diſſenſione fra i Fiorentini & l' Imperadore, il qual gia poco delle coſe d'Italia curandoſi, & volendo ritornare in Boemia fece la pace con eſſi, dando loro gran quantità di denari, il che fu molto ignominioſo all' imperio Romano, del quale fu aſſai prodigo diſſipatore & conſumatore.*

n) Diploma eſt apud Ughellum T III. *Italiæ ſacræ p.* 198. 99. *Carolus quartus - - - venerabili Petro, Epiſcopo, Florentino ſuo & imperii ſacri principi, & devoto dilecto gratiam ſuam & omne bonum. - - - Volentes (te) illis gratiis inſignire, quibus valeas aliis te reddere gratioſum tibi & ſucceſſoribus tuis, quos noſtros & ſacri Romani imperii principes fore declaramus, & de novo conſtituimus & facimus, - honoribus & dignitatibus omnibus imperialium principum communibus gaudere decernimus, ut omnia libere & exercere & uti poſſitis, quæ requirit ſupradicta dignitas principatus. - - - - - - De quibus omnibus & ſingulis te memoratum Epiſcopum Florentinum nomine eccleſiæ tuæ Florentinæ - auctoritate noſtra imperiali de novo principaliter inveſtimus. - - - - Datum Pragæ anno domini MCCCLXIV.*

o) Privilegium idem Ughellus habet *p.* 203. (*Petrus* Florentinus Epiſcopus) - - *civitatis Florentiæ & eccleſiæ Florentinæ non immemor, devotione congrua majeſtati noſtræ humiliter ſupplicavit, quatenus tam ad honorem eccleſiæ ſuæ præfatæ, quam civitatis Florentiæ, quam Deus multarum virtutum prærogativa donavit, ſtudium, quod inibi viget, etiam ad ſacri ſplendorem imperii, auctoritate ſacri Imperii erigere dignaremur. Hinc eſt, quod precibus prædicti Florentini Epiſcopi ſavorabiliter annuentes, præfatæ eccleſiæ ſuæ, & civitati Florentinæ ac ejus communi, generale, perpetuum, atque generoſum ſtudii generalis privilegium, auctoritate imperiali damus, & concedimus liberalitate munifica - - - decernentes edicto imperiali præſenti valituro perpetuo, & de imperatoria poteſtatis plenitudine ſtatuentes, ut in ipſa civitate Florentina ſtudium perpetuum ſit, & habeatur in ſacra pagina, in jure civili, & canonico, ac medicina, philoſophia, logica, & Grammatica, ac quavis alia licita facultate, poſſintque omnes & ſinguli doctores & magiſtri pro communi Florentino ordinandi ac deputandi in civitate prædicta Florentina, utpote in ſtudio generali ſolenniter & publice in memoratis facultatibus legere & docere. Verum, ſi qui fuerint, qui proceſſu temporis adeo profecerint, quod in aliqua ſcientiarum ſeu facultatum præmiſſarum ad magiſterii ſeu doctoratus dignitatem & titulum deſideraverint promoveri, hac noſtra imperiali auctoritate committimus Epiſcopo Florentino, qui eſt, & qui erit pro tempore, quem ſuperiorem ſtudii ordinamus, quatenus - - - ſolenniter illos diligenter examinet more generalium ſtudiorum, ac taliter examinatis det licentiam publice in eadem ſcientia & facultate legendi docendi. - - Quæ omnia ſede Epiſcopali vacante committimus capitulo eccleſiæ Florentinæ, quod per ſe vel per alium præmiſſa ſimiliter exſequatur. Cæterum - - rectores, doctores, ſcholares ſeu ſtudentes ſtudii Florentini prædicti, eorumque univerſos & ſingulos familiares & miniſtros, nec non domos & ſcholas, in noſtram & ſacri Romani imperii protectionem, tutelam & defenſionem recipimus ſpecialem &c.*

Antea

que in Tuſcia ſupremum conſtituit, ac recipere adpellationes nomine Imperatorum juſſit, p) quæ poſtrema ſingula Leo X. a. 1515. repetiit & ſtabilivit q) ipſe Mediceus, ſuæque ſtirpis ac patriæ urbis jurium nequiquam ignarus, unde fœdus a Florentina & aliis Italiæ civitatibus contra Wenceslaum ictum, r) pro rebellionis non pro libertatis effectu habendum erit. Sub Ruperto ſane Palatino alias plane tibias inflabant; magnifica dona offerentes s) annuum cenſum vetuſto more ſpondentes, t) prin-

Antea enim in Florentina urbe, non niſi ſcholæ minores erant, in quibus Grammatica, Logica, & diſciplinæ conſimiles docebantur, notante Petro Buoninsegnio, *l. II. dell' Iſtorie Fiorentine p.* 315. Academiæ fundamenta partim a Clemente VI, Pontifice maximo, ut tunc moris erat, circa annum MCCCXLVIII jacta, partim a Carolo IV. Imperatore, quod modo audivimus, poſita ſunt. De priori Matthæus Villani, Joannis frater, *parte prima della cronica univerſale de ſuoi tempi, l. I. c. VII. p.* 11. 12. luculenter teſtatur.

p) In tabula apud Ughellum *d. l. p.* 198. (Florentino Epiſcopo) *auctoritate noſtra imperiali committimus & concedimus per præſentes, quod in tota Tuſcia, cauſas omnes criminales & civiles, quæ inter quoscunque vertentur, nec non cauſa appellationum quarumlibet, quæ ad noſtram curiam deferendæ eſſent, recipere, audire, & examinare poſſit, & fine debito terminare, easque & earum quamlibet, uni & pluribus, ſicut - placuerit, delegare poteſtatem.* Unde ſimul apparet tunc Tuſcis ac Florentinis demum, ea privilegia vel data, vel ſaltim confirmata fuiſſe, quæ multis Longobardiæ civitatibus dudum indulſerat Fridericus I. Barbaroſſa, in charta apud Sigonium *l. XIV. de regno Italiæ p.* 339. *In cauſas adpellationum, ſi ſumma viginti quinque librarum exceſſerit, adpellatio ad nos fiat, ſalvo jure & moribus Brixianæ eccleſiæ in adpellationibus, ita tamen, ut non cogantur in Alemanniam ire, ſed nos habebimus, proprium nuntium in urbibus aut epiſcopatu, qui de ipſa adpellatione cognoſcat, & juret ſe bona fide cauſas examinaturum, & definiturum ex legibus & moribus civitatis intra duos menſes a conteſtatione litis.*

q) Summatim tantum ac breviter excerpemus, quæ Joannes Mediceus ſeu Leo X. Pontifex maximus, in bulla apud Ughellum habet *d. l. p.* 237. 38. *Accepimus - quod - - Carolus IV. - - Petrum Epiſcopum Florentinum - ac ipſius - ſucceſſores Epiſcopos Florentinos pro tempore exſiſtentes Romani imperii principes eſſe declaravit, & de novo conſtituit ac fecit, - - - - - ac eisdem Petro & ejus ſucceſſoribus conceſſit, quod in tota Tuſcia omnes criminales & civiles, quæ inter quoscunque vertentur, nec non appellationum quarumlibet, quæ ad dicti Caroli curiam deferendæ eſſent, cauſas recipere, audire & examinare poſſent ac fine debito terminare - - de quibus omnibus & ſingulis dictum Petrum Florentinum Epiſcopum nomine eccleſiæ Florentinæ de novo inveſtivit &c. &c. - - Singulas Caroli Imperatoris litteras prædictas - - auctoritate apoſtolica tenore præſentium approbamus & confirmamus, præſentis ſcripti patrocinio communimus &c. - - Datum Florentiæ anno incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo decimo quinto.*

r) Teſte Auctore Anonymo *libelli de habilitate temporis ad proceſſum verſus Italiam ſub Carolo IV. incepti & ſub Wenceslao continuati* apud Petrum Lambecium *l. II. Commentariorum de bibliotheca Vindobonenſi c. VIII. p.* 821. & Jo. Philippum Dattium *l. III. de pace publica c. IX. p.* 587. Ibi enim recenſentur civitates, quæ tum fuerunt *in liga* & ſocietate contra Imperatorem, primoque loco Florentia nominatur. Animus ſaltim derelinquendi Wenceslao tribui non poterit, ſed animus in Italiam veniendi, & jura ſua patris exemplo vindicandi; quod ipſe Florentinis indicabat, a quibus ſplendida legatione honorabatur, teſtante Ammirato *l. XIV. p.* 740. 754. Eoque Benevenutus de Rambaldis trahendus eſt *in Auguſtali libro p.* 14. *Wenceslaus - Caroli filius - - - hodie regnat. Hic juvenis, robuſtus venator, quid facturus ſit ignoro, cum minatur ſe venturum ad Italiam.*

s) *Puncta tractatus inter Rupertum Romanorum Regem & Ambaſciatores Florentinos*, apud Edmundum, Martenum & Ursinum Durandum *T. I. theſauri anecdotorum novi p.* 1662. *Sereniſſimus princeps dominus noſter Rex pro expeditione celeriori - - in Italiam vult dono a Florentinis ſervitoribus ſuis fideliſſimis ducenta millia ducatorum, cum quibus poſſit intrare Italiam, - - pro honore imperii, & favore ſuæ fideliſſimæ civitatis Florentinæ.* C. Poggium Bracciolinum *l. III. Hiſtoriæ Florentinæ p.* 140.

t) Fateor quidem cenſus quantitatem in *punctis tra-*

ctatus

principem eum ac dominum u) ſalutantes, rerumque ſuarum ac libertatis x) defenſorem contra Galeacium Mediolanenſem, a quo ſæpius provocati, cæſi, crudeliterque afflicti erant repetitis ardentibus votis ſuppliciter expetentes. y) Sed quid antiqua ſector recentium incurioſus? Annon Friderico V. Romam eunti per legatos ſubmiſſis verbis declarabant, urbem ſuam imperio eſſe devotam z) tumque

ſtatum non definiri, ſed ejus loco interpunctiones adparere, aut ſingula iſta novo potius pacto reſervari. Ipſa tamen res indubitata eſt & aperta, juxta §. *IV.* quem hic verbatim adferre juvat: *Quod dictus dominus Rex* (Rupertus) *concedat in forma petita --- privilegium dictis Florentinis, videlicet toto tempore vitæ ſuæ duntaxat, ita tamen, quod dictus dominus noſter habeat cenſum annuum - - - - - - - juxta quantitatem & qualitatem prout Florentini ſecum concordabunt.* Nec ambigo ferme ordinarium cenſum quatuor mille florenorum fuiſſe, v. ſupra ſub litt. l.

u) Memoranda præcipue videtur *inſcriptio & ſubſcriptio litterarum* a Florentinis ad Rupertum datarum *T. I. theſauri anecdotorum* EDMUNDI MARTENEI & URSINI DURANDI *p.* 1661. 62. *Florentinorum ſereniſſimo atque glorioſiſſimo principi & metuendiſſimo domino, domino Roperto, Dei gratia inclyto Regi Romanorum ſemper auguſto, ſingulariſſimo domino noſtro. - - - - - - Majeſtatis veſtræ devotiſſimi ſervitores & filii, priores artium, populus & communis Florentinus, vexilliferi juſtitiæ.* Rupertus viciſſim fideles vocat in *miſſiva Florentinis deſtinata d. l. p* 1653. *Magnifici, fideles,* præcari &c. & in epiſtola alia *d. l. p* 1663. *Honorabilibus prioribus artium & vexillifero juſtitiæ populi & communis civitatis noſtræ Florentinæ, noſtris & ſacri imperii fidelibus, & devotis, prædilectis.* Et iterum: *Rupertus devotiſſimis imperii filiis, & fideliſſimis ſervitoribus, prioribus artium & vexillifero juſtitiæ populi & communis Florentiæ, ſalutem & proſperos ad vota ſucceſſus. Non credat atque cogitet veſtra devotio & commendanda fidelitas &c. - - - Noſtræ auguſtæ mentis* (eſt) *devotionem & fidelitatem gratioſam cumulis, favoribus & privilegiis proſequi --- Quam dilexerimus & diligamus civitatem noſtram Florentinam, cunctis Italiæ populis oſtendemus. - - Erit vobis, devotiſſimi imperii filii, & fideliſſimi ſervitores, perennis nobiſcum gloria atque fama &c.*

x) Libertatis ſcilicet non *in ſenſu abſoluto*, ſed intuitu Galeacii Mediolanenſis, Florentinæ urbis libertati creberrimas inſidias ſtruentis. *Puncta tractatus inter Rupertum & Ambaſſiatores Florentinos* apud MARTENEUM & DURANDUM *d. l. p.* 1663. *Item, quod dominus noſter Rex teneatur & debeat pro poſſe delere ſtatum & dominium dicti Comitis Virtutum* (Galeacii Ducis Mediolanenſis) *& cum totis ſuis viribus perſequi, & ipſam civitatem Florentinam, commune & populum Florentinum manutenere in libertate ſua, ſtatu & donatione, ac etiam poſſetenus conſervare.* Quod ipſum Rupertus in epiſtola modo excitata p 1663. repetit, ſimili modo promittens, *ſe libertatem Florentinorum, ſtatum, & donationem vita comite, opportunis conatibus conſervaturum.*

y) GOBELINUS PERSONA *in Coſmodromio ætate VI. c. LXX. p.* 288. *Rupertus Rex Alpes pertranſiens venit in Italiam, & receptus ibidem a - - Florentinis - - Paduæ biemavit.* JO. NAUCLERUS *in Chronographia generatione XLVII. p. CCLXVI. Florentini Galeacium Mediolani Ducem a ditione ſua avertere molientes magnitudine potentiæ ejus ac multitudine copiarum deterriti, auxiliatorem ſibi Rupertum nuper in Imperatorem electum vocare ſtatuerunt, ſperantes per illius adventum in Italiam Mediolanenſium Ducis potentiam vel omnem vel maximam perituram. - - - In hac ſpe conſtituti Florentini magna pecuniarum largitione adventum Imperatoris in Italiam paciſcuntur. Ducenta enim florenorum millia polliciti ſunt. - - Imperator Patavium acceſſit, ubi erat nova Florentinorum legatio.* C. SCIPIONEM AMMIRATUM *l. XVI. p.* 884. *ſequ.* & PETRUM BUONINSEGNIUM *l. IV. p.* 763. *&c.* De expeditionis eventu nunc non diſquirimus, ſed de ſolo imperii in Florentiam jure diſputamus, quod ex dictis luculenter jam apparere opinamur.

z) AENEAS SYLVIUS *in vita Friderici III. p.* 63. *Poſt Bononienſes auditi Florentini* (legati) *qui advenerant, Cæſarem ne Romam petens ſe prætereat, multis precibus erant, civitatem imperio devotam, rem ſuam publicam commendant, viarum compendia, hoſpitiorum commoditatem, quibus iter Tuſciæ præſtat, in medio proferunt &c.* SCIPIO AMMIRATUS *parte II. Hiſtoriarum Florentinar. l. XXII. p.* 69. 70. *Eſſendo Gonfaloniere di Giuſtizia Mariotto Benvenuti - - venne una ſolenne ambaſceria de Fe-*

Digitized by Google

tumque & Friderico quam maxime obnoxiam futuram, cum Romæ diadema ſumpſiſſet; aa) Annon illum ipſum Fridericum Roma Florentiam redeuntem ingenti favore cum plauſibus & clamoribus & quibus aliis effuſa vulgi lætitia ſignificatur, ut Imperatorem & dominum ſuſcipiebant bb) addita ſimul ſponſione, miſſuros ſe legatos juſſu Cæſaris, & amplexuros pacem cum Alphonſo Rege, ejus judicio? cc) Licet præterea me non fugiat, Florentinos ex levitate & inconſtantia paulo poſt in Gallos fuiſſe dd) propenſiores, argento etiam probe ab illis emunctos, largisque & vanis pollicitationibus deceptos, imperii tamen juribus hoc ipſo eo minus decedit, quo magis conſtat Florentinos a Gallis iterum alieniores factos anno 1501. promiſiſſe, ſe Maximilianum, ſi Romam forte proficiſceretur, centum cataphractis comitaturos, eosque in Italia per integrum annum ſuſtentaturos ſumptibus ſuis, ee) Florentinos porro anno adhuc 1507. ab ipſo Maximiliano I. civibus imperio ſine

de Federigo d' Auſtria, chiedendo alla republica il paſſo per due mila cavalli, dovendo egli andare in Roma à prendere pacificamente la corona dell' Imperio. - - Per la qual coſa fù loro riſpoſto, che S. M. diſponeſſe di quella città non altrimenti che farebbe delle coſe ſue. - - L' Imperadore - - venne a Scarperia, ove trovò una gran parte della nobiltà Fiorentina con ordine & apparecchio maraviglioſo. I quali a caſa Coſimo e Bernardetto de Medici. ſe e la ſua corte riceverono. Il di ſequente glioſcirono incontro inſino all' Uccellatojo l' Anriveſcovo Antoninoco ſuoi Canonici, con più di 60. giovani nobili tutti pompoſamente veſtiti - - co qualia Sangallo eſſendo ancor motto del giorno nel venne. Quivi ſmontato ſotto le logge del Monaſtere le quali erano nobilmente ornate, e poſto à ſedere in luogo rilevato, ſegli preſentarono a pi di con ſegni di grandiſſima riverenza IX. di Balia, in nome de quali e de ſignori Priori, e di tutta la città fece un bello e acconcio ragionamento Carlo Marzuppini, - - moſtrando l' allegrezza, che quella città della venuta di ſi gran Principe ricevea, e inſiemente le forze e tutto il ſuo ſtato a' ſervigi di ſua Ceſarea Maeſtà largamente proffrendo &c.

aa) AENEAS SYLVIUS *c. l. p* 90. *Cum Senas reditum eſſet, atque ingentes honores apud devotos imperio cives imperatoria majeſtas accepiſſet, placuit Aeneam Epiſcopum atque Ulricum Redier ad Florentiam antecedere, qui litteras publicæ ſidei innovari peterent, illumque petitioni colorem præberent, quia ſalvus conductus ſub nomine regio datus non videretur ad Imperatorem extendi; jam vero Imperatorem ex Rege factum mutari litteras oportere. Ea res ſatis inſolens Florentinis viſa, qui nomen imperatorium non vim litteris ademiſſe, ſed adjeciſſe robur ajebant; tumque maxime obnoxios Imperatori Florentinos cum Romæ coronam accepiſſet, dolere ſe, tantum æmulos ſuos potuiſſe, ut fidem Florentinam Cæſari dubiam redderent, facturos ſe tamen, quod Cæſar optaret.*

bb) NAUCLERUS *in chronographia generatione XLIX. p.* 284. *a. Cæſar e Bononia digreſſus montes Apenninos adſcendit, ingreſſusque Florentiam exceptus eſt honore maximo advenienti totus clerus cum Archi-Epiſcopo proceſſione præſentibus urbis magiſtratibus obviam facti fuere.* AENEAS SYLVIUS *c. l. p.* 91. *Cæſar Florentiam rediens, ut Imperator & dominus exceptus eſt, atque apud ſanctam Mariam novellam - - manſionem habuit.*

cc) AENEAS SYLVIUS *c. l. p.* 93. *Imperator Florentinis, quæ cum Rege Arragonum feciſſet expoſuit, utque ille ſuo precatu inductus tandem promiſiſſet legatos Ferrariam mittere, qui de communi Italiæ pace tranſigerent, hortatus, ut & ipſi ſuos mitterent. Florentini Cæſarem commendavere, qui ſuæ Italiæ pacem dare conaretur, arbitrari ſe tamen dixerunt, neque paci futurum locum neque Regem ex condicto miſſurum. - - - Miſſuros ſe tamen ex juſſu Cæſaris, amplexurosque pacem ejus judicio. Nam etſi armis, equis, viris, auro, quo potiſſimum bella fiunt, minime ſe Rege inferiores ſciant, paci tamen, quæ non habeat inſidias, qualem ab Imperatoris ſolio provenire non dubitant, ſe ſemper aſſenſuros.* Interim parum refert, num ex animo iſta cuncta vel ſubdole fecerint dixerintque Florentini. Hoc ſolum ſufficere poteſt ac debet, jura eos imperii agnoviſſe.

dd) Quod PHILIPPUS COMINÆUS fuſe narrat *l. IX. Commentariorum p.* 636. 37. *& l. I. de bello Neapolitano p.* 762. 63. 771. *l. II. p.* 780. 81.

ee) JACOBUS NARDI *l. IV. delle Hiſtorie Fiorentine p.* 128. *Finalmente fu promeſſo a gli ambaſciadori (dell' Imperadore) di ſervire la Maeſtà Ceſarea*

Digitized by Google

ſine intermedio Principe ſubjectis adnumerari, ff) & ab eodem privilegiorum confirmationem & inveſtituram, promiſſis quatuor auri centenariis impetraſſe. gg)

§. IV.

Cuncta iſta diſſimulat noſter. Ad Carolum V protinus deflectit, & ad tempora delati Mediceis principatus feſtinanter mehercle ac facto veluti ſaltu contendit. Inde petit palmarium pro Florentina libertate argumentum, & in eo robur locat totius fere ſcriptionis. Carolum V. ſcilicet Florentiam domantem, & Alexandrum, ac Mediceos generatim, reſtituentem, in illo reſtitutionis negotio, aut tamquam fœderatum Pontificis, Clementis VII ex Medicea domo, aut tamquam pacis conciliatorem inter rempublicam & eosdem Mediceos; aut tamquam arbitrum litis a partibus ipſis electum ſpectari debere putat, eoque nomine Gvicciardinum inter alios & Platinam in dicti Clementis VII. vita teſtes adpellat. a) Barcinonenſe autem fœdus, cujus quidem formulam in appendice b) quoad partem ſubjectam videmus, maxime urget omnium, indeque c) tria elicit, Cæſarem nempe

delle cento lance per Italia ſolamente, e non per altrove, e per tempo d' un' anno ſolo. C p. 127.

ff) In der Verantwortung auf die von K. Ludewig dem XII. in Franckreich wider ihn eingegebene Klage apud GOLDASTUM p. 60. Der Reichs-Handlungen: Es ligt am Tag, daß der König von Franckreich des heiligen Reichs Fürſten in Italien, nemlich Saphoy, Piemont, Monteſerrar, Mantua und Ferrar, auch die Stett und Commune, Maylandt, Genua, Florenz, Piſa, Luca, Senis, und andre, ſo alle ohne Mittl dem heiligen Reich zugehören, zu ſchwerer Schatzung mercklichs Gelts - - nu etwa vil Jahr her gedrungen, und ſo weit bracht, daß ſy ime anhangen, dienen, und gehorſam ſein - - müeſſen. C. p 64. & NARDIUM l. IV. p. 127. ubi civitas Florentina vocatur *fedele del ſacro imperio.*

gg) Ita quidem GERARDUS DE ROO *l. XII. Annalium Auſtriacorum p. 447. editionis Germanicæ Auguſtanæ:* Der Kayſer beſtätiget der Florentiner Geſandten die groſſen privilegia, und die Recht des Reichs ſo ſie hätten, welche ihm verhieſſen in kurtzen vier Centner Goldes dar zu geben. Rem aliter paulo exprimit AMMIRATUS *l. XXVIII. p. 289.* cui tamen non credo Maximilianum ea pecuniæ ſumma accepta ſuis & imperii in Florentiam juribus nuntium plane miſiſſe: *Sotto titolo,* inquit, *d'ottenere la confirmazione per modo di capitulazioni di tutti i privilegi della republica dagl'altri Imperadori ottenuti, e inſiemente d' havere la ceſſione del medeſimo Imperadore a tutte le ragioni, che coſi ſopra la città come ſu lo ſtato di Firenze poteſſe haver mai havuto l' Imperio, nominando particolarmente Piſa, di nuovo riacquiſtata i Fiorentini convennero di pagarli quaranta mila ſcudi, de quali pagati diecimila di preſente gli altri doveſſer pagarſi per tutto il marzo vegnente.* JACOBUS NARDI majorem fidem meretur, non ſemel ſed bis ingenue faſſus, datam eam ſummam a civibus ſuis eſſe, in compenſationem debiti cenſus per aliquot annos non ſoluti, & impetratæ a Maximiliano inveſtituræ, *l. V. delle Hiſtorie Fiorentine p. 212. L'Imperadore in Verona eſſendo ſtato viſitato da gli Ambaſciadori Fiorentini, fu conchiuſo con ſua Maeſtà uno accordo, nel quale s'hebbada quella una fine generaliſſima di tutto quello, che la città noſtra doveſſe dare in ſino a quel giorno alla camera imperiale, coſi per licenſi anticamente non pagati, come per qualunche altra ragione, e cagione. Et oltre à ciò per la inveſtitura di tutto quello, che poſſedeſſe la città di preſente. - - - In ricompenſo delle quali tutte coſe ſe gli promiſe* ducati quaranta mila *per dovergli pagare in tre diverſi termini;* & iterum p. 256. *I noſtri poſteri potranno ricordarſi, che la noſtra patria in queſto ſteſſo tempo, ch'ella fu aſſaltata da Papa Giulio - - ſi viveva lieta e ſicura ſotto la ſicurtà e ſede di Maſſimiliano Imperadore mediante la compoſizione & accordo fatto fra la ſua Ceſarea Maeſtà, e gli Ambaſciadori Fiorentini a tale effetto mandati l' anno 1509 nella città di Verona. Per la qual compoſizione & accordo fece quella Maeſtà fine generale di tutto quello, ch'ella doveva alla camera Imperiale, coſi per cenſi non pagati, come per ogni altra ragione, & eziandio per la inveſtitura di tutto il territorio, che in ſino à quel di ella poſſedeva in qualunque modo acquiſtato &c.*

a) p. 5.
b) p. 6.
c) p. 6.

d) Thua-

nempe Pontifici non niſi auxiliares promiſiſſe, nec de imperio loqui in Florentinam urbem, ſed rerum potius Florentinorum novique regiminis ordinationem, Clementis arbitrio unice relinquere ſic, ut dominium urbis Pontifici magis Romano, quam Imperatoribus adſcribendum videatur. Ubi initio ſtatim mirari in mentem venit; Carolum V. jurium ſuorum retinentiſſimum principem, & vindicem majeſtatis acerrimum, Florentinam urbem, quæ per integra ſeptem ſæcula ſub dominatione Imperatorum, avique adhuc & proximi anteceſſoris, Maximiliani I ferme non interrupte fuerat, hunc Carolum inquam ſolum, Florentinam urbem nunc demum prorſus feciſſe liberam, ac velut emancipaſſe, idque poſt bellum ſumptuoſum ac grave, cum refractariis civibus, pro ipſis imperii juribus conſervandis, ac pro reſtituendis Mediceis, clientibus ſuis, geſtum. Cæteroquin Florentini advocati rationes nec novæ ſunt, nec invictæ, ſed a Coſmo, cum is magnus Hetruriæ Dux recens creatus eſſet, jam tum allatæ, licet eas nomine ſuo exprimere non auderet, & per os Pontificis Pii V, quem maxime faventem habebat, agere cauſam mallet. d) In eo autem egregie decipitur noſter, quod

d) Thuanus (*XLIV. Hiſtoriar. p.926. Adrationes Pontificis & Coſmus addebat ſuas, ſed per os Pontificis, qui cauſam ejus in ſe ſuſceperat, quod Florentina res publica ſui juris eſſet, neque ad imperium pertineret, adminiſtratu ipſius ex fœdere cum Carolo V. initio a Clemente VII. ordinata eſſet. - - - Nec contentus per Commendonum Pius cum Maximiliano egiſſe, per Michaelem Bonellum, Cardinalem Alexandrinum etiam cum Philippo agit de hac controverſia amice componenda.* Opportune Commendoni Cardinalis, in hac ipſa cauſa ad aulam Cæſaream ablegati, mentionem facit integerrimus ſcriptor. Aut enim me omnia fallunt, aut grande iniquitatis myſterium hic latet. Cum enim, quæ Romæ objecerat Pius Imperatoris adminiſter haud difficulter dilueret, Commendonum Viennæ, alia plane via incedere, & illis argumentis prorſus omiſſis, longe diverſa obtendere jubebat. Idcirco Antonius Maria Gratianus, in vita *Jo. Franciſci Commendoni* ſequenti modo Cardinalem Commendonum, Imperatorem Maximilianum II alloquentem inducit *l. III. c. VIII. p.* 314 ex Flechierii verſione: *Le Pape a accorde le nom de Grand Duc a Coſme de Medicis - - Vous voulez luy oſter ce nom? Vous avez envoye des Ambaſſadeurs a Rome pour ſouſtenir, que le Pape n'a pas eu le pouvoir de le luy accorder. Coſme pretend qu'il eſt libre, qu'il ne releve que de luy meſme, que ſa ville de Florences' eſt rachetée par une groſſe ſomme d'argent de toutes les dependances de l'Empire, qu'il a des lettres de Rodolphe - - par leſquelles il declare qu'il n'a plus aucun droit ſur cette ville.* At quam futiliter omnia & vane. De libertate Florentinis per Rudolphum I. data Florentini ipſi nequidquam amplius credunt, nec eo ſe argumento ad ſtabillendam immunitatem indigere putant. De ratione priori, quam apud Thuanum adducit Coſmus, aut Coſmi potius nomine Pius V, copioſius infra diſquiremus, luculenter oſtendendo, reipublicæ Florentinæ adminiſtrationem, non a Clemente VII ſed Carolo V, nec ex ſolo fœderis inter utrumque icti, ſed ex ſupremi imperii capite, & pro arbitrio dominantis & ad exemplum avi ordinatam ab hoc fuiſſe. De fœdere interim Barcinonenſi d. 29 Junii a. MDXXIX. publicato, & Guicciardino *l. XIX. p* 906. *ſeq.* Iovio *l. XXVII. p.*190.*ſeq* Scipioni Ammirato *l. XXX. p.* 381. fuſe deſcripto dubitabit nemo, ſed nemo etiam non in illo argumentandi modo a Florentinis adhibito, juſtum conſecutionis filum deſiderabit. Quid enim? Carolus Pontificis ex Medicea gente fœderatus, in hujus ſocii gratiam Mediceos urbe pulſos Florentiam reduxit. Ergo ipſe Carolus jus in Florentiam nullum habuit, aut, ſi quod habuit, perdidit. Imperatoris ſane non minus quam Pontificis referebat, ut Italiæ ſtatus ordinaretur, ut alma pax afflictæ diu provinciæ redderetur. Jacobus Salviatus *in epiſtola ad Balthaſarem Comitem Caſtilionæum*, Pontificis in Hiſpania nuntium, *libro II. delle lettere di Principi p.* 154. *Ha il preſato Reverendiſſimo* (Cardinale di ſanta Croce) *reſerto la buona diſpoſitione di ſua Maeſtà* (Ceſarea) *circa all'aſſettar le coſe d' Italia, la ſalute della quale puo V. Signore penſare, che ſia la principal cura, che ſua Beatitudine. Ne puo ſua Maeſtà far coſa piu grata, che conſervar queſt animo al ben d' Italia, & publico della Chriſtianità* C. p. 183. 184. Quin Imperatoris potiſſimum intereat, ut cives majeſtatis reos, qui hoſtibus ſe junxerant, & in Galli clientelam temere conceſſerant, mature armis coërceret, quod eleganter Jovius animadvertit *l. XXVII. Hiſtoriarum*

quod Platinam teſtem vocat, ſcriptorem ſcilicet A. M CCCC LXXXI. adeoque dimidio fere ſæculo ante exſtinctum, quam Carolus V. Florentia ſubacta Mediceos reduceret. e) Franciſcus Guicciardinus

---

rum ſui temporis p. 190. *Adjectum eſt* (inquit) *in fœdere Barcinonenſi, ut poſtquam Florentini adverſum Cæſarem, conſiſi incertæ Gallorum victoriæ arma tuliſſent, majeſtatis rei facti, libertate & antiquis ſuperiorum Cæſarum conceſſis immunitatibus ſevere privarentur &c.* Ubi quidem non ignoro, Florentinum defenſorem ut eo melius cauſæ ſervire poſſit, (Jo. Michaelis Bruti exemplo *in præfatione Hiſtoriæ Florentinæ ad Petrum Caponium*) in Nucerinum Epiſcopum omni occaſione graviter detonare, & fidem abrogare in cunctis, quæ urbis libertati adverſa eſſe cenſet, ſimilique modo Thuanum, per alios quosvis graviſſimos annalium conditores, eum ad palatum non ſunt, reprehendere. Etiamſi vero Jovii fides in locis nonnullis, & in elogiis, quæ dedit, ſuſpecta ſit non paucis, in his Florentinis tamen rebus auctoritas ejus merito exceptione major eſſe debet, partim quod ea, qua ſcripſit, ætate vixit, partim quod ad codicillos ubique, & publica monumenta fidenter provocat, partim quod in Florentinis, a Francisco Guicciardino, patricio urbis, & ſenatore, rerumque tunc geſtarum non minima parte, multa ſe didiciſſe grata mente profitetur, libro inprimis XXXVIII. p. 162, partim quod Scipio Ammiratus, ipſe Florentinus canonicus & ſcriptor in referendis rebus, a. 1529. & 30. Florentinæ geſtis, Jovium præcipue eſt ſecutus, quem Nardio, cuncta miſcenti, multis modis præfert *l.* XXX. *p.*391. partim quod Benedictus Varchius, Florentinæ Hiſtoriæ parens, nobile Jovii opus, ipſius Coſmi Ducis inſtinctu, ut adparet, editum ſequenti carmine decoravit;

Triginta totus quæ geſſit mundus in annis,
Egregie hoc unum cuncta volumen habet.
Cauſam operis tanti Thuſci Dux & decus orbis
Facundum Jovius præbuit ingenium
Omnibus ergo locis omnes ſecla omnia laudes.
Cum tibi, Paule Jovi, tum tibi Cosme dabunt.

Partim, quod idem Jovius extremos annos Florentiæ fecit, Florentiæ etiam deceſſit. Et annon iniquum exiſtimemus, Anonymum Commentarii Auctorem Varchios ſuos, & Adrianos & Comites & Brutos, & Guicciardinos & Gratianos ubique nobis obtrudere, ac ſingulis fere paginis crepare Jovium contra, Thuanum, ac præſtantiſſimos quosvis Hiſtoricos, cum candide, cum ſincere, cum ipſis rebus geſtis convenienter loquuntur, admittere non velle? Nos meliori conſilio & his, & illis, cum opus fuerit, utemur, certi veritatem, profligato errore victuram eſſe. Anonymus autem, quod celeberrimus Muratorius *c. XXIV. des Droits de l' Empire ſur l'Etat Eccleſiaſtique p.* 241. eodem plane caſu in adverſarium ſcripſit, in ſe etiam convenire credat: *Voila un grand proces intenté en peu de mots contre cet Hiſtorien, parce qu'il n'ecrit pas dans le gout du ſiecle preſent. Cette maniere de decrier un Auteur n'eſt pas un moyen fort ſur, pour detruire ſon autorite. Je conviens avec mon Adverſaire, qu'on doit aiouter plus de foy aux actes publics, qu'aux ecrits de certaines perſonnes du vulgaire, qui ont ſuivi leurs paſſions & leur vices particulieres, mais en cette occaſion* (Jove) *n'eſt point en oppoſition a des Actes publics, puis qu'il reconnoit les Actes publics.* Cæteroquin, ut in viam redeamus, ipſe Pontifex prævidebat, non poſſe Florentinos, niſi obſequio præſtito, in gratiam Cæſaris recipi, urbemque, ut id faciat, labore non multo coactum iri. Sic enim Clementis VII. nomine ad nuntium ejus ſcribitur *l. II. delle lettere di principi* p 184. *Non e gia contrario a quello che ſua Sant. conſiglia di trattar le coſe d'Italia dolcemente il deſiderio cherie Fiorentini, ne il Duca di Ferraca ſieno uditi dalla Maeſtà Ceſarea - - - perche queſti non ſono potentati, che poſſa la mala contentezza loro dare a ſua Maeſtà la ſpeſa & travaglio, che ò Vinitiani, ò lo Stato di Milano, anzi quanto meno ſpereranno nel la gratia di ſua Maeſtà ſe non con obederla, tanto piu facilmente s'accorderanno. C. p.* 187.

e) Platinam a. M CCCC LXXXI. peſte exſtinctum, ad a. MDXXX. producere vitam non potuiſſe eum ex Trithemii *catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum p.* 376 adparet, tum a Mirafo eſt obſervatum *in auctario de ſcriptoribus eccleſiaſticis p.* 271. & ab Henrico Whartono *in appendice ad Hiſtoriam litterariam.* Guilielmi Cave p. 103. Onuphrium ergo Panvinium, Platinae continuatorem intelligere forſan voluerit Florentinus Defensor. Is autem nihil prorſus habet, quod vel Florentinorum libertati prodeſſe, vel juribus noſtris officere queat. Quin nobis potius prodeſt, atque oſtendit, ipſum Carolum longe graviſſimam habuiſſe cauſam Florentinos impugnandi,

dinus non magis patrocinatur, qui ipſe Florentinus, licet patricius ac ſenator, diffiteri haud poteſt, Cæſarem in tota reſtitutionis cauſa, non modo tamquam Pontificis ſocium, aut *mediatorem* quem vocant aut arbitrum litis, ſed tamquam judicem gravem, ſerenum ac dominatorem ſummum ſpectari voluiſſe, proque tali habitum a Florentinis antea rebellibus eſſe, utpote qui cum Carolo ſolo quibuscunque conditionibus redire in gratiam ardentiſſime optabant, cum Papa & Mediceis non item. f) Præter-

gnandi, nec ſuo minus quam Pontificis nomine geſſiſſe bellum. Adſcribam ipſa PANVINII verba, quæcunque huc trahi poſſunt, *ex vita Clementii VII. p. 383. 84. Inter Clementem & Cæſarem amicitia renovata eſt iis conditionibus, ut Cæſar Margaritam filiam ſe cælibe ſuſceptam Alexandro Medici, Laurentii junioris filio deſponderet, bellum adverſus Florentinos ſuſciperet, ut Mediceis vetus in patria dominatus redderetur. Florentini enim natura Gallorum ſtudioſiſſimi, ejectis Mediceis Lotrechio adhæſerunt, miſerant ad eum Neapolim auxilia, profeſſique Gallicam amicitiam Cæſarem oppugnabant numquam futurum exiſtimantes ut Pontifex in gratiam cum Cæſare rediret, tantis ab eo contumeliis affectus. - - - Cæſar in Germaniam pace cum Venetis facta contra Turcas profectus eſt, exercitu Italico, cui Filibertum Auranțium cum Vaſlio præfecerat, adverſus Florentinos miſſo. - - - Florentini integrum annum ſub Imperatoribus Malateſta, Balionio callido & forti Duce, & Stephano Columna, viro impigro, libertatem ſuam conſtantiſſime defenderunt. - - - Demum anno vertente Florentini fame domiti deditionem fecerunt, cum ipſorum auxilia, quæ ad opem ferendam Piſis adveniebant, Aurantius in agro Piſtorienſi profligaſſet, in qua tamen victoria ipſe Dux cecidit, Florentinis in deditionem acceptis novo more Dux impoſitus eſt, Alexander Medices, libertatis ſpe penitus ſublata.* Nec puto libertatis vocabulum, ab ONUPHRIO bis adhibitum, quemquam movebit, quod facile patet non accipi pro dominatu ſupremo, ſed reſpectu popularis regiminis, nunc everſi, & ſummæ rerum, uni ſolique Alexandro Mediceo delatæ. C. infra §. *V.* ſub *litt. g. h. i.*

f) FRANCISCUS GUICCIARDINUS *l. XIX. Hiſtoriarum ſui temporis p. 914 917. 918. Cæſar Barcinone ſolvens - - Genuam - - pervenit, eodemque tempore Felix cum octo Germanorum millibus in Inſubriam ad ipſius ſtipendia venit. - - - Quocirca Florentini primo ejus rei nuntio territi, quatuor legatos ex civitatis principibus, qui ei adventum ipſius gratularentur, reſque componere niterentur, ad eum decreverunt, ſed poſt paulatim animum reſumentes mandata limitarunt, eaque ad ipſius modo res non autem ad controverſiæ cum pontifice negotium tractandum coarctarunt. - - - - Legati ad Cæſarem admiſſi primo ei adventum ſunt gratulati, ac civitatem minime ambitioſam, ſed ob accepta beneficia gratam & ad commoda iis, a quibus conſervaretur præſtanda paratam eſſe oſtendere conati, Florentinos ſeſe Pontificis, qui tunc ipſis imperabat* (Clementis VII non ut Pontificis, ſed ut Medicei) *voluntate cum Galliæ Rege fœdere e junxiſſe, & poſt coactos in eo perſtitiſſe excuſarunt. Nec ultra ſunt progreſſi, quia aliud mandatum non habebant, niſi ut quid ipſis proponeretur, reſciberent, & præterea ut nullam compoſitionis cum Pontifice rationem audirent, & legatos quidem ipſius Mediceo Cardinale excepto ſalutarent, ipſis a republica diſerte injunctum erat. Quibus a magno Cancellario - - reſponſum eſt, oportere eos Pontifici ſatisfacere, & cum ipſi hanc petitionem injuſtam eſſe quererentur, iterum reſpondit, civitatem ob fœdus cum Cæſaris hoſtibus initum, & copias contra ipſum miſſas privilegia amiſiſſe, atque ad imperium recidiſſe, ideoque, Cæſarem de ea quidquid vellet ſtatuendi poteſtatem habere, ac tandem eis Cæſaris nomine dictum, ut ſibi etiam cum Pontifice componendi poteſtatem mitti curarent ut de controverſiis inter Pontificem & ipſos agi poſſet. Cæſarem enim de propriis rebus, niſi illis prius compoſitis; cum eis agere nolle; Florentini autem ampliſſimam cum Cæſare ſed non cum Pontifice componendi poteſtatem miſerunt.* Nec aliter JOVIUS (ut appareat optime ei cum GUICCIARDINO convenire) *l. XXVII. Hiſtoriarum ſui temporis p. 209. 10. Cæſar Florentinorum legatos admiſit, qui ab ejus æquitate clementiaque demiſſe poſtularunt, ut civitati parcendum duceret, ſi quid fatali coacta bello majeſtatem ejus læſiſſe videretur, paratam quidem eſſe cuncta facere, quæ imperaret, modo eam veteri conſuetudine liberam, ſua qua potiti eſſent libertate, frui pateretur, pro qua omnino conſervanda tuendaque populus univerſus non urbium modo ſibi ſubjectarum*

Præterea certum & hoc eſt, Imperatorem in Barcinonenſi pacto, non de viribus ſolis copiisque Pontifici

jectarum opes ſed liberos & conjuges, delubraque & fortunas omnes, contempto omni belli periculo devoviſſet. Propterea maxime decorum fore, ſi civitas, quæ eſſet totius Italiæ longe pulcherrima, & ad ipſius Cæſaris auctoritatem ultro ſe conferret, libera atque integra ſervaretur. Ad ea Cæſar paucis reſpondit, Florentinos inique arroganterque feciſſe, qui nulla laceſſiti injuria Gallis hoſtibus ſuis adhæſiſſent, fœdereque icto Etruſca auxilia oppugnandis ipſius ducibus Neapolim miſiſſent. Quo inexpiabili delicti ſuperiorum Cæſarum conceſſas libertatis immunitates vel ingrate vel perfidioſe corrupiſſent. Hæc tametſi uti maxime fœda omnino armis vindicanda cenſerentur, ſe tamen noxam & totum eorum majeſtatis crimen, pro ſua humanitate magnitudineque animi remiſſurum, ſi ſacroſanctum Pontificem eundemque civem ſuum eximiæ moderationis, quem impudenter patria, ejeciſſent, converſis voluntatibus reciperent. Jovius illuſtrat Guicciardinum, & binis verbis declarat libertatis vocem iſto quoque loco ſumi ſe regimine populari in urbe tunc ſtabilito, & imperio unius oppoſito, pro cujus conſervatione cives, theſauros omnes profundendos putabant. Unde Guicciardinus ipſe *l. XIX. p.* 924. *Duo tunc Florentini ſibi inprimis propoſuerant, primum ut exercitus tamdiu in itinere detineretur, ut urbem - - munire poſſent, alterum ut Cæſaris animum etiam compoſitione cum Pontifice, modo ne libertatis & popularis ſtatus forma immutaretur, ſacta placere niterentur.* C. l. XX. p 955. Nec alia Scipionis Ammirati interpretatio eſt *l. XXX. p.* 383. *I Florentini - - deliberarono coſtretti dalla neceſſità mandar quattro loro ambaſciadori - - per impetrar perdono da ſua Maeſtà* (Ceſarea) *ſe merſe del paſſato governo la lor Rep. havea in Compagnia degli altri confederati ardito di prender l'infelici arme contra di lei, promettendo per l'auvenire doverle eſſer amorevoli & obbidienti in tutto quello, che fuſſe lor comandato, purche la forma del preſente Stato non ſi moveſſe.* Vel cum Carolus c. l. apud Guicciardinum urbem ad imperium recidiſſe commemoret, num dicemus, credidiſſe eum fabellam, de libertate Florentinis per Rudolphum I. divendita, fabellam ineptam, ſed Maximiliani I. ætate aut circiter inventam, a Blondo Forliviensi, *Decade II. Hiſtoriarum ab inclinatione imperii l. VIII. p.* 328. Jo. Cuspiniano *in vitis Cæſarum in vita Rudolphi p.* 354. Jo. Trithemio, *in Chronico Hirſa-Ugienſi p.* 200. Gerardo de Roo *l. I. Annalium Auſtriacorum p.* 38. magna confidentia recitatam, a Platina deinceps, *in vita Honorii IV. p.* 241. 42. Gratiano *in vita Commendoni Cardinalis l. III. c. VIII. p.* 314. non minus audacter repetitam, ſed a Vincentio Borghinio, ſingulari diſcurſu; *Se Firenze ricompero la liberta, da Ridolfo Imperatore, parte II. diſcurſuum p.* 319. *ſeq.* exploſam. Utcunque ſit, duo mihi valde notabilia hic videntur, nimirum læſæ majeſtatis crimen, quod a ſervis, a ſubditis ſolis committi poteſt, a liberis non poteſt, Florentinis objici nec objici modo, ſed & ab his agnoſci, tum Imperatorem tribuere ſibi jus de refractaria civitate pro arbitratu ſtatuendi, eamque ob rem privationem minari privilegiorum, quod iterum ejusmodi eſt, ut non tam in principes fœdere junctos aut arbitros a litigantibus electos, aut pacis denique conciliatores, quam ab una parte in judices conveniat, ac dominatores ſupremos, ab altera in rebelles cives, quo nomine Mameranus Florentinos inſignivit *in epitome rerum a Carolo V. geſtarum p.* 1832. & Jovius *l. XXIX. p.* 401. Ac ne quis objiciat, cuncta iſta vel a Jovio fingi vel a Mamerano dici gratis, audiamus Carolum ipſum in diplomate Mediceis dato, quod Excell. Dn. Hertelius pro ſingulari in bonas litteras favore, ex auguſta bibliotheca Guelpherbytana benigne mecum communicavit, & Conſultiſſimus DN. Mascovius, in *appendice Diſſertationis de jure imperii in magnum ducatum Hetruriæ ſub litt. K.* haut ita pridem pariter publicavit. Nos textum Guelpherbytanum in quibusdam locis ab altero leviter diſcrepantem ſequemur. Ita ergo Carolus: *Florentina nonnullorum perditorum hominum conſiliis atque actibus, præterquam quod nobis abſentibus armis in nos & Romanum imperium ceperat, - - nobis quoque præſentibus - - legionibus noſtris portas hoſtiliter occludere, - - atque noſtram & Romani imperii auctoritatem contemnere præſumpſit: Nos - - militibus noſtris imperavimus: Ut tamdiu eam obſidione premerent, quousque facti pœniteret, ad noſtram & Romani imperii devotionem veniret. Cumque poſt longam obſidionem ſeſe nobis - dederit - - nos*

eam

Digitized by Google

tifici ſubmittendis, ſed modis melioribus omnibus, quibus reſtitutio Mediceorum procurari queat, loqui.

eam civitatem in deditionem acceptam, tametſi ex cauſis ſuper narratis, & quam multis aliis legitimis rationibus omnibus privilegiis, quæ a majoribus noſtris, Romanis Imperatoribus ac Regibus & Sacro Romano imperio majores ſui obtinuerant, (privare) *de univerſoque ejus dominio atque ſtatu, tamquam ad nos & Romanum imperium devoluto, arbitrio noſtro diſponere jure nobis licuiſſet, cupientes tamen, ut ipſa quoque civitas clementiam noſtram experiatur, - - - ſano principum, comitum, baronum, procerum atque aliorum noſtrorum & Romani imperii fidelium dilectorum ad hoc accedere conſilio, & de noſtra imperialis poteſtatis plenitudine, eidem reipublicæ Florentinæ, quidquid - - contra nos & Romanum imperium commiſit, tenore præſentium remittimus, eamque in noſtram & Romani imperii gratiam recipimus, reponimus, reſtituimus, & redintegramus, aeſi ea numquam commiſſa forent.* Atque iterum, poſteaquam novam regiminis formam præſcripſerat: *Hoc noſtro imperiali edicto perpetuo valituro (ſtatuimus) ut ſi quando reſpublica Florentina hunc regiminis modum ſupra a nobis inſtitutum aut intervertere aut quovis temerario auſu contraire audebit, tamquam nobis & Romano imperio ingrata, rebellis & inobediens - - ſupra ſcriptis noſtris remiſſione indulto - - & gratiis, aliiſque omnibus & ſingulis privilegiis, conceſſionibus exemptionibus, libertatibus - eidem a prædeceſſoribus noſtris, Romanis Imperatoribus, & Regibus, & Sacro* Romano *imperio quomodolibet & ex quacunque cauſa conceſſis, privata, atque univerſum ejus dominium ad nos, & ipſum* Romanum, *imperium devolutum cenſeatur.* Bone DEus! quis arbitrum umquam, aut *mediatorem* audivit, tam graviter, tam ſevere perorantem, tot malis, dominiique ipſius, ac libertatis privatione minitantem. Ne quis vero putet exiguam forte minantis auctoritatem apud Florentinos fuiſſe, inſpiciamus JOVIUM *l. XXIX.* 402. 3. *Diplomatis Cæſarei ſententias, quæ latine perſcriptæ erant, Italica inentus lingua, ut ab omnibus intelligeretur, vertit & promulgavit* ANTONIUS MUSETTOLA, *Neapolitanus Juriſconſultus qui tum Cæſaris legati munere fungebatur, membranam explicatam, aureoque ſigillo & manu Cæſaris ſubſcriptum ſæpe oſtendens, & legendam his qui vellent, libentiſſime præbens. Ipſo autem Muſettola perorante aſſurrexit dictator* Benedictus Bondelmontes - - *hiſque verbis reſpondit: Grata nobis atque lætiſſima erit hodiernæ diei recordatio in omnem ævi poſteritatiſque memoriam, quandoquidem præclaro magni numinis munere, & invictiſſimi Cæſaris beneficio optime conſtitutæ reipublicæ ac duraturæ tranquillitatis initium auſpicamur. Quod igitur felix fauſtumque ſit Florentino populo, leges nobis latas a Cæſare, ad non dubium hujus recte atque appoſite ordinati ſtatus incrementum ſuſcipio veneror que ſervaturumque polliceor, ac pari ſtudio atque obſequio magiſtratus, cunctique civitatis ordines, qui præſentes adſunt ſuſcipient, atque optima fide ſervabunt.* Sed JOVIUM, inquis, non admitto. Scriptor ſubleſtæ fidei eſt. Pennam venalem habet, plura dare auribus quam veritati adſuetus. JOVIO GUICCIARDINUM opponis plane diverſa docentem ac *l.* XIX *p.* 955. ſine ambagibus ſcribentem, *Carolum in ordinatione regiminis novi fortaſſe magis Pontifici, quam ſibi conceſſæ in compromiſſo facultati ſatisfeciſſe*; cum quo AMMIRATUS conſentiat *l.* XXXI. *p.* 417. unde liquido pateſcere opinaris, Imperatorem in Florentino negotio per compromiſſi modum egiſſe, ut judicem ac dominum ſpectari non debere. Hic ego contra non repetam operoſe, quæ pro defenſione JOVII me ſupra jam adferre memini, nec urgebo, GUICCIARDINUM in ſola illa cauſa ut teſtem omni exceptione majorem adduci, auctorem in fulgentiſſimam Mediceam domum nomine non uno injurioſum, quam *humilem gentem* repetitis verbis haud obſcure vocat *l.* XX. *p.* 964. 70. Sed primum, quæ antecedunt diligentius expendi oportere; *In hac* (ait de novo regimine) *conſtitutione Carolus hujuſmodi verba, quæ ipſum non modo poteſtate ſibi a partibus conceſſa, verum etiam Cæſarea auctoritate dignitateque uti oſtenderent, paſſim inſeruit.* Tum conſiderandum nec rei juſtitiam ex GUICCIARDINI ſententia, ſed ex ſupra probatis metiendam eſſe, nec rei veritatem ex JOVIO ſolo, verum ex inſtrumento etiam per Juannem Juliani de Durazinis, notarium Florentinum confecto, & in laudata *diſſertatione ſub litt. I. ex Mſſ.* pariter exhibito luculenter intelligi & conſtare, Florentinos hoc Cæſaris ſupremum in ſe imperium & devote agnoviſſe, & novæ legi cum terrore pœnæ ab ipſo latæ ſine mora ſe ſubjeciſſe: *Cum ſereniſſimus Imperator omnia & ſingula privilegia,*

indulta,

loqui. g) Tum & illud concedam, Carolum in formula fœderis Barcinone percuſſi de jure Imperii in Florentiam directe quidem haud agere, ſicut nec de jure in Italiam univerſam, cujus pariter ibi

indulta, gratias & conceſſiones, per ſuos prædeceſſores divos Imperatores, Florentinæ civitati, & ejus illuſtri dominio conceſſa & facta, ac conceſſas & factas, ex ſua mera liberalitate confirmavit, atque de novo conceſſit, mandavit, juſſit, & voluit, præmiſſa ſic per eum declarata, & ordinata inconcuſſa ſervari, & adimpleri, atque nulli liceat illa infringere, vel eis auſu temerario contravenire ſub eorundem privilegiorum revocatione, & aliis pœnis tunc expreſſis ipſo facto incurrendis, (domini ſcilicet ac libertatis privatione & mulcta centum marcarum auri puri.) - - - - - *Quibus ſic peractis & dicto inſtrumento imperialis edicti ſive decreti per dominum Cancellarium* (Franciſcum Campanum) *publice lecto, & omnibus in eo contentis diligenter diſcuſſis & conſideratis, præſentes domini excellentiſſimi priores, & vexillifer juſtitiæ, communicato inter ſe conſilio, matura deliberatione præcedente, de eorum voluntate Benedictus Buondelmontes vexillifer juſtitiæ, nec non ipſius reipublicæ Florentinæ nomine in hæc vel ſimilia verba reſpondit: Primum omnipotenti Deo gratias agit, aſſerens civitatem & populum Florentinum, qui ſemper Cæſareæ majeſtati magnopere tribuit, ejusque nomen ſincera fide, devotione, affectu, & religioni veneratione ſemper coluit, & colere intendit, obſervatam rem publicam - - - eidem Cæſareæ majeſtati perpetuum debere - - - promittens omnia in privilegio (Cæſareo) contenta perpetuo attendere, & obſervare, & contra non facere, dicere, vel venire, per ſe vel per alias ſubmiſſas perſonas, ſub quovis quæſito colore, & ſub pœnis, & aliis cenſuris in dicto præinſerto privilegio contentis, & ſub omni juris & facti renuntiatione. - - - Dicti domini vexilliferi ſermone completo magnifici XVI. Gonfalonerii ſocietatum populi Florentini - - - - - (promiſerunt) ſe perpetuo obſervaturos prædictum imperatorium edictum, & non venire contra illud quovis modo ſub pœnis & aliis in prædicto Imperatoris edicto contentis. - - - Ego Joannes Juliani de Durazinis, imperiali apoſtolicaque auctoritate notarius, - - - dum ſic agebantur, interfui, & agitari, ut ſcripſi, vidi & auſcultavi, - & demum de mandato magnifici domini vexilliferi juſtitiæ & excellentiſſimorum dominorum requiſitus - - in præmiſſorum fidem, & robur, & teſtimonium me ſubſcripſi & ſignum meum conſuetum appoſui.* Quibus omnibus diligenter lectis, & examinatis, non dubito Florentini advocati, Carolum in Florentina cauſa, vel ut Pontificis ſocium ſpectantis, vel mediatorem & arbitrum facientis, iniquam interpretationem rejectum a cunctis iri; licet Jo. Baptista Cini eandem arbitri vocem adhibeat *nella vita di Coſimo l. I. p. 23. & l. VII. p. 455.* Et ſibilo dignum eſt, cum memoratus Cini poſtremo loco obtendit hæc & ſimilia verba diplomatis inſerta Cæſaribus jus nullum dare, quod Florentini e re ſua non judicarint, offendere Carolum præpotentem, aut quidquam movere contra, ac libertatem ſuam, per compromiſſi tenorem ſartam tectam crediderint. Poſteaquam enim retulerat Cinius, Ferrarienſes, in controverſia cum Florentinis de primi loci honore, diu multumque agitata negaſſe; *Che lo ſtato di Firenze fuſſe libero, poi che Carlo Quinto nel dichiarare Aleſſandro de' Medici, capo della republica Fiorentina, & poi ne nel confermare il Duca Coſimo haveva inſerta, che riſervava ſopra quello ſtato le ſue ragioni al ſacro imperio; con altre parole ſimili per le quali pareva, che accennaſſe havervi alcuna ſuperiorità,* ſubjungit: *Da Fiorentini veniva riſpoſto, che Carlo Quinto nella dichiaratione fatta nel Duca Aleſſandro procedette come arbitro, & non come ſignore ſovrano, & che ſe bene i miniſtri Imperiali in eſſa dichiaratione per avventura cercarono ogni poſſibile attacco per fare apparire Fiorenza ſuggetta alla ſede Imperiale; non eſſendo tempo all'hora di guardare à minutie poco rilevanti, non ſi fece forza di levarle, ſapendo che nel compromeſſo ſteſſo era l'autorità di Ceſare baſtevamente limitata, con espreſſe parole, che dicevano, che la ſua uſata libertà doveſſe rimanere ſempre ſalva, & conoſcendo i riſenſi poſti in detta dichiaratione imperiale come non potevano torre alcuna pretenſione all' Imperadore; coſi anche laſciavano alla Citta intere le ſue ragioni.* V. §. V. *ſub litt. g. h. i.*

g) Non verebor adſcribere verba ex Barcinonenſi pacto, prout illa Auctor Commentarii *de Florentinis ſtatus plena libertate in appendice p. 6.* adduxit: *Actum extitit & conventum, quod* (Medicei) *aut ipſius Cæſareæ majeſtatis copiis & viribus, aut eo meliori modo, quo id fieri poteſt - reducan-*

ibi mentio habetur, at ſemper tuebor agere *indirecte*, agere ut judicem, cum principio ſtatim pronuntiet, *ſpoliatis omnia jura favere, non minus favorabilem cenſeri ſpoliatorum reſtitutionem quam poſſidentium manutentionem*, itemque *ſe juſtis motum reſpectibus Mediceos Florentia* pulſos *reducturum*, quemadmodum jam olim reduxerit Maximilianus avus. Denique fruſtra objicitur novam Florentini regiminis ordinationem arbitrio Papæ relinqui, cum ex verborum nexu luculenter appareat, haud aliud quidquam innuere Imperatorem, niſi Italiam pacatam & tranquillam reddi facilius non poſſe, quam Florentinæ reipublicæ ſtatu ad arbitrium, hoc eſt ad votum, vel ut alii exprimunt, ad *interceſſionem* h) Papæ diſpoſito, cumque indubitatum ad hæc ſit, non Clementem, ſed Carolum jura Florentini Imperii Mediceis addixiſſe, & codicillis ſolennibus firmaſſe. i)

§. V.

---

reducantur in patriam ac civitatem Florentinam, *integreque reſtituantur, non ſolum ad bona occupata, ſed in eundemmet ſtatum, dignitatem atque amplitudinem, & ad gubernium & regimen ejusdem civitatis & reipublicæ in quibus erant, antequam ejicerentur.* C. LUDOVICUM CAVITELLIUM *in Annalibus Cremonenſibus ad a.* 1529. *p.* 1543.

h) Unde & GUICCIARDINUS, Barcinonenſia fœderis conditiones denarrans, *l. XIX. p.*906. Cæſar, inquit, *tum novi connubii* (inter filiam naturalem Margaretham, & Alexandrum Mediceum) *tum Italiæ tranquillitatis cauſa, Laurentii Medicis filium* (Alexandrum) *Florentiam cum eadem auctoritate, quam majores ipſius, antequam pellerentur obtinebant, - - reduceito.* SIMON SCHARDIUS *de rebus geſtis ſub Maximiliano II. p.* 2433. *T. IV. Scriptorum rerum Germanicarum: Statu politiæ Florentinæ a Carolo quinto everſo, ac Mediceam familiam poſt coronationem Bononienſem ad Pontificis Clementis interceſſionem Florentinis ſubactis reſtituente, Alexander Medices, Laurentii junioris filius Margarita filia Caroli quinti - - in matrimonium ducta princeps rurſus eſt conſtitutus.* Ante enim quam bene Imperatori cum Papa conveniret, intuitu Florentinarum rerum, longe alia illi mens ſedebat, quod ita ANONYMUS exprimit in litteris ad Clementem VII. perſcriptis, *l. II. delle lettere di Principi, le quali o ſi ſcrivono da Principi o a Principi o ragionano di Principi p.* 45. *Bene ho ben' inteſo, che l' Imperatore haveva ragionato di mettere Fiorentini in libertà, con ritenerſi in mano li luoghi forti, farli pagare addeſſo un mezo milion d'oro, & ogn' anno centa mila ſcudi.* Idque Florentinus defenſor iterum diſſimulat, vel diſerte potius negat Carolum de ſubjicienda imperio civitate (ad eum ſcilicet modum; quo aliæ urbes liberæ parere noſtris ſolebant, unde libertatis vocabulum ab epiſtolographo adhibitum neminem movebit) umquam cogitaſſe.

i) Tria in hoc argumento conſideranda, ac probe diſtingvenda puto, primum quia Florentini ſtatus rationem interim, & ante conſtituerit, quam Carolus V. Auguſtæ Vindelicorum ſententiam pronuntiaret, aut Florentiæ per Muſcettolam publicari juberet, tum quia rempublicam reapſe ordinarit, ac novam ei formam perpetua lege dederit, deinde quis Alexandrum Mediceum Ducis honore & titulo decorarit Ad primum GUICCIARDINUS reſpondet *l. XX. p.*949. *Bartholomæus Valorius Pontificis legatus, conſilio cum Malateſta - - communicato ac populo vetere civitatis more in forum ad concionem convocato, magiſtratibus & reliquis id metu concedentibus, novam reipublicæ formam introduxit. Eo enim in conventu duodecim civibus, qui Mediceis favebant, reipublicæ ſtatus ex ſententia ſua conſtituendi poteſtas data, qui eum ad eam formam, in qua ante annum MDXXVII eſſe ſolebat, redegerunt.* JOVIUS *l. XXIX. p.* 393. *Clemens VII. duodecimviratum creari juſſit, cujus magiſtratus auctoritate civitatis ſtatus regeretur. Is conſtabat ex lectiſſimis civibus, qui omnibus temporibus Mediceo nomini mirifice ſtuduiſſent. - - Ab his creati ſunt novi decuriones, & reliqui ex priore formula magiſtratus.* At illa regiminis ſpecies non niſi ad tempus durabat. Vera & æterna reipublicæ ordinatio a Carolo demum V. exſpectanda erat, idque deditionis articulis convenienter, ex quibus p. 7. ipſe Florentinus defenſor hæc verba adducit, *che la forma de Governo abbia da ordinarſi e ſtabilirſi dalla Maeſta Ceſarea* vel, ut JOVIUS exprimit *l. XXIX. p.* 388. *Ante omnia conſtituendæ atque ordinandæ reipublicæ facultas arbitrio Cæſaris permittitur.* Præcipua deditionis articulos, ne ullum remaneat dubium ex SCIPIONE AMMIRATO *l. XXX. p.* 411. 12. adponam: *Che trà lo ſpatio di quattro meſi la forma del governo della città habbia à ordinarſi & ſtabilirſi*

§. V.

Enimvero his non contentus nova in nos tela detorquet auctor, & iſtis præcipue argumentis miri-

lirſi dalla Maeſtà Ceſarea, intendendo ſempre, que ſia conſervata la libertà. Che tutto i ſoſtenuti prigioni nella città & fuori, come aderenti a' Medici ſiano liberati, & coſi parimente, tutti i banditi richiamati con la reſtitutione de beni loro. Che la città per poter dar le page a ſoldati sborſi ottanta mi la ſcudi, quaranta di preſente, & il reſto fra ſei meſi, per la ſicurta del quale pagamento, & d'ogni altera convenzione ſe ne diano - - cinquante ſtatichi. Che ſi rinnovano tutti i preſi di della città & luoghi ove ſi retro veranno in fine alla dichiarazione della forma del nuovo governo. Che Malateſta & Stefano rinunziono al giuramento militare che hauevano con la Republica, & quello dieno à Monſign. Balanzon, Cameriere di Ceſare, promettendo di ſtar a guardia della città, con quelle genti che Stimeranno neceſſarie. In fino all' oſſervanza delle coſe promeſſe, trà il qual mezzo tempo ſi diano da gli Imperiali alla città tutti quelli vivende quali haurà biſogno. &c. C. Jacobum Nardi *l. IX. dele Iſtorie Fiorentine p.* 382. 83. ubi iidem & plures articuli leguntur. Ea ſua poteſtate Imperatorem uſum omnino eſſe, formula abſolutionis Florentinorum, & conſtitutionis regiminis d. XXVIII. Octob. a. MDXXX. Auguſtæ Vindelicorum data luculenter declarat: *Rempublicam Florentinam cum regimine a nobis inferius diſponendo in noſtram & Romani imperii gratiam tuitionem, protectionem - ſuſcipimus. - - Quoniam autem ad perpetuam reipublicæ Florentinæ libertatem, pacem, quietem, & tranquillitatem, utque in noſtra & Romani imperii devotione perpetuo maneat, ſupereſt, ut tum ratione Imperialis noſtræ dignitatis & auctoritatis, ad quam ſpectat rerum publicarum ſalutem & pacem curare, tum vigore conventionis - - cum deditionem faceret, firmatæ ejusdem reipublicæ regimen, gubernium, & ſtatum diſponamus, & inſtituamus - - animadvertentes rempublicam ipſam, veluti & aliæ quamplures, ejus eſſe naturæ atque ingenii, ut ſub hujusmodi regimine & magiſtratu, in quo ſit unus, cui ejus præcipue cura incumbat, longe melius & felicius regatur & gubernetur, quam ubi res ad populares magiſtratus defertur, quodque quamdiu illuſtriſſimum Mediceorum familia, quæ diu ſuoque merito in ea republica floruit, tamquam caput regiminis præcipuam illius curam habuit, tunc vere & publicis & privatis opibus floruiſſe, multumque & rei & dignitatis illi acceſſiſſe. - - - Cupientes ejusdem reipublicæ ſaluti, libertati, quieti & tranquillitati optime conſultum eſſe, - - noſtramque & Romani imperii dignitatem & auctoritatem, ut tenemur, conſervare, ne res iterum ad popularem factionem deveniret, & propterea dominium atque libertas dictæ reipublicæ periclitari & opprimi valeat, eisdem motu, ſcientia, animo, conſilio & auctoritate prædictis tenore præſentium ſtatuimus, decernimus, & declaramus, volumus & jubemus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus magiſtratus dictæ reipublicæ, eisdem modis & formis eligantur, diſponantur & inſtituantur, quibus ante ejectam ipſam illuſtriſſimam Medicorum familiam, eligebantur, diſponebantur atque inſtituebantur, utque eadem - Medicorum familia, & inprimis Illuſtriſſimus Alexander de Medicis, dux civitatis Pennæ, cui nuper illuſtrem Margaritam filiam noſtram naturalem ſpopondimus, quamdiu vixerit, atque eo e vivis ſublato, ejus filii, hæredes & ſucceſſores, ex ejus corpore deſcendentes, maſculi ordine primogenituræ ſemper ſervato, & illis deficientibus, qui proximior maſculus ex ipſa Medicorum familia erit, & ſic ſucceſſive usque in infinitum jure primogenituræ ſervato, ſit atque eſſe debeat dictæ reipublicæ Florentinæ, gubernii, ſtatus atque regiminis caput, & ſub ejus præcipue cura & protectione ipſa civitas, cum univerſo ejus ſtatu & dominio regatur - & tam ipſe illuſtriſſimus Alexander quam ſui prædicti hæredes poſſint & valeant - - in omnibus ſupradictis magiſtratibus, qui in præſentia ſunt, & pro tempore diſponentur - intereſſe, hisque præeſſe.* Ex quo memorabili inſtrumento liquido pateſcit, non Clementem, ſed Carolum, everſa populari forma, imperium unius introduxiſſe, & priſca Mediceis jura firmaſſe, idque nequaquam vigore conventionis ſolius, aut per modum compromiſſi a Mediceis & Florentinis facti, ſed per modum ſummi imperii, & poteſtatis Cæſaribus competentis, quam noſter quoque ſartam tectamque cupiebat, contradicente nemine præſtitiſſe; Pontificis tamen precibus, quod facile largior, permotum. Inique eam ſententiam vel explicanda, vel emendanda ſunt, quæ Carolo, Mediceis, ac novæ regiminis formæ infenſus ſcriptor, Franciſcus Guicciardinus,

mirifice ſibi placet, quod Hetruriæ civitates, CASPARE KLOCKIO teſte, Fliſco, Imperatoris legato, homa-

---

nus, habet *l. XX. p.* 955. *Cæſar Florentinæ reipublicæ formam, ea auctoritatis ſibi conceſſæ parte, quæ libertatem conſervari volebat, diſſimulata, declaravit. Nam Pontificis ad ſe miſſam formulam ſecutus, ut civitas iisdem magiſtratibus ac legibus, quibus Mediceis imperantibus uti ſolebat, gubernaretur, publicæ adminiſtrationis caput eſſet Alexander Pontificis nepos, idemque gener ſuus, eoque deficiente filii ordine & poſteri aut ex eadem familia proximi ſuccederent expreſſit. - - Quibus in rebus cum Pontifici fortaſſe magis, quam ſibi conceſſæ in compromiſſo facultati ſatisfeciſſet &c.* Atque ſic capienda etiam ſunt quæ JO. BAPTISTA ADRIANI ſcribit, *l. I. Hiſtoriæ ſui temporis p.* 6. *La città di Firenze - - - era da lunga e grave guerra finalmente ſtata forzata l'anno* 1530. *prendere quella forma di reggimento, che a Papa Clemente VII. piacque di darle. E queſto fu, che Aleſſandro de' Medici - - fuſſe Principe della republica Fiorentina e che egli ſolo ne haveſſe ſovrana autorità, ei magiſtrati che la governavano tutti da lui dipendeſſero.* Mox enim *p.* 7. ſubjungit: *Et già haveva Papallemente impetrato molto inanzi da Carlo Quinto Imperadore - - - ch' egli deſſe permoglie ad Aleſſandro de Medici Madama Margherita ſua figlivola naturale - - e che riceveſſe ſotto l'ombra ſua Aleſſandro, e lo ſtato di quello. Il che l' Imperadore, che gravemente ſi ſentiva offeſo dal governo primiero della città, volontieri a face ſi induſſe, ſtimando queſto parentado dovergli eſſer molto buono a mantenere in ſede quella città, & a difendere i regni ſudi. &c.* Iterumque *p.* 8. refert Florentinum ſtatum ordinatum eſſe, *ſecondo un privilegio di Carlo Quinto Imperadore dato alla famiglia de Medici l' anno MDXXX & accettato & ratificato poi dalla città.* Unde nequaquam obeſt, ſed magis, quæ diximus firmat, cum idem ADRIANI paulo poſt *ead. p.* 8. dicit: *Coſì adunque havendo Papa Clemente formato, & ordinato - il governo e lo ſtato della patria ſua non molto dopo tra paſſo di queſta vita.* Eamque ob cauſam *p.* 16. poſt Alexandri Ducis mortem expenſum eſſe ſcribit, *che importaſſe il privilegio, che da Carlo quinto haveva per la ſua famiglia impetrato Papa Clemente - - che il Duca Aleſſandro fuſſe Signore della città e Principe del governo &c. C. p.* 17 *p.* 18. *l. II. p.* 85. JOVIUS ergo iterum ſincere, & ut ſtatim patet, publicarum tabularum fide ſcribit. *l. XXIX. p.* 401. 2. *Cum ex deditionis conditionibus liqueret, & ipſius auguſtæ poteſtatis, imperatoriique arbitrii ſit, leges condere & rempublicam ordinare, ideo* (in tabulis ſuis) *optimum fore exiſtimabat* (Carolus) *quod perpetuam civitatis tranquillitatem reſpicere videatur, Mediceam familiam reduci, atque reſtitui in priſtinam dignitatem. Et quoniam præclare manifeſteque conſtat, in liberis civitatibus numquam vigere concordiam propter diverſa diſſidentium facile civium ſtudia, easque improſpere ſemper atque infeliciter regi, niſi ſtabili perpetuoque reipublicæ capite gubernentur, declarat Alexandrum Medicem, quem ſibi generum adſciverit reipublicæ caput, cujus ſinguli magiſtratus auctoritatem ſequantur, eaque dignitas ad liberos ejus legitimos pertineat, atque his deficientibus ad proximiores Mediceæ ſtirpis totius ejus præeminentiæ & dignitatis jura devolvantur &c.* Et Cardinalis Cibus apud eundem JOVIUM *l. XXXVIII. p* 155. *Jura Florentini imperii*, ait, *ex Florentinorum libertate auctoritateque Cæſaris addicta familiæ Mediceæ & ſolennibus codicillis confirmata, niſi ſtultiſſima prævaricatione a quoquam extra perniciem violari non poſſe; - tam propinquis atque expeditis Cæſarianorum copiis.* Quin progrediar ulterius & præter ea, quæ ADRIANI refert *l. II. p.* 72. oſtendam, Carolum poſt Alexandri internecionem, & ante quam electionem Coſmi adprobaret, de Florentini regiminis forma iterum mutanda, & inducenda nova ſerio deliberaſſe, idque facturum ſine dubio fuiſſe, niſi Comes de Cinfentes, *Commiſſarius* in Florentina urbe Cæſareus obſtitiſſet, commonſtrans, Principem unum longe facilius in officio & obſequio contineri poſſe, quam ſi rerum ſumma ad multitudinem, ad plebejam fecem, Gallis hoſtibus non obſcure faventem, rediret. JO. BAPTISTA CINI *nella vita di Coſmo l. II. p.* 63. 65. *Venne in queſto tempo di Roma il Conte di Siſonte. - - - La ſua ſegreta commeſſione era, che intendeſſe diligentemente, come dopo la morte del Duca Aleſſandro fuſſin paſſate le coſe tutte, & in che termine all' ora la Citta ſi trovavà, quale fuſſe l' animo de cittadini principali, che havevano eletto il Signor Coſimo - - Ed intendere (caſo che da Ceſare ſi approvaſſe l' elezzione di eſſo Signor Coſimo) ſe donandolo de' titoli & dell' inſegne, che furono conceſſe*

 ceſſe

homagium olim exigenti, conſtanter id a) negarint, quod Florentini cives Caroli V ætate deditionem fecerint SALVA LIBERTATE, quæ, GROTIO obſervante, intelligi ſine ſummo imperio non poſſit, b) quod Carolus a Florentinis & Mediceis nec homagium receperit, nec vaſalliticum jusjurandum nec inveſtituram Alexandro, aut ſucceſſoribus dederit, nec Mediceæ domus reſtitutionem pro jurisdictionis effectu venditarit; c) & Alexander denique Mediceus, Carolo V. ſocero ſuo, clientelarem nexum urgenti fortiter reſtiterit, ac Neapoli, ubi tunc morabatur, Florentiam fugiens defenſionem pararit. d) Ad primum repono, narrationem de Fliſco, Cæſarei fiſci advocato, ſine judicio, ordine, delectu, paucis ſine cauſa huc trahi; KLOCKIUM enim fabulis aliorum deceptum commentum de libertate Florentinis per Rudolphum I. vendita, & quæ venditionem præceſſiſſe finguntur, recoquere, eumque apologum valere eo minus debere, quo magis rejectus eſt ab ipſo Florentinæ

ceſſe al Duca Aleſſandro, ſi poteva confidare della fermezza ſua, che fuſſe per perſeverare nella divozione Imperiale - - & finalmente, che ſi andaſſe bene calculando, ſe fuſſi bene di conſervare Firenze nella forma & governo, che all' ora ſi ritrovava, ò ſe pure era bene alterarlo in tutto od' in parte, ſecondo, che fuſſe più opportuno alla ſicurtà & commodi di ſua Maeſtà. - - - - - Il Conte havendo - ragionato con molti de cittadini, - - - ed' oltre a ciò ſcorgendo, che non mancava fra loro (ſi come nell' univerſale della Città) una certa inclinazione à Francia. Ed a tutti queſti inconvenienti giudicando, che con l' autorità d' un ſolo, & non in altro modo ſi poteſſe riparare, la quale quanto maggior fuſſe, & più aſſoluta, tanto più efficacemente arebbe potuto adonerare, giudicò, che molto à propòſito per ſalute della Città, & per commodo di Ceſare fuſſe ſtato, che i cittadini ſi fuſſer riſoluti à creare il nuovo Principe, che à qual ſi voleſſe altra forma di governo gettarſi. Eſſendo più facile, & più utile ad' eſſo Ceſare il conſervare alla ſua devozione in ſolo, che al pericolo della variazion di più cervelli, & di più perſone rimetterſi. C. *l. l. p.* 35. 49. Ingenua ſane confeſſio, quam ſcriptori parum Germanis æquo, vel ipſa expreſſit veritas. Non minus notari & illud meretur, quod ADRIANI narrat *l. l. p.* 47. Piſanos nimirum & Aretinos anno MDXXXVI Caroli V auctoritate ab impotenti Florentinorum dominatu liberari, & imperio ſine principe intermedio ſubdi cupiviſſe, eoque ipſo Imperatori de Florentinis bonis atque rebus diſponendi facultatem non obſcure adſcripſiſſe: *Hebbevi in queſto tempo*, inquit ADRIANI *d. l. alcuni Aretini & Piſani, i quali ſi ingegnavano di perſuadere allo Imbaſciadore dell' Imperadore, che levaſſe le città loro dal dominio di Firenze, & ſottomeſſile a S. Maeſtà, dolendoſi di eſſere mal trattati, & tiranneſeamente governati.* Singulaque iſta, quæ hactenus late diſputavi, tam clara ſunt & plana, ut ipſi Florentini ſcriptores, Mediceorum in urbe principatum, ab alio nullo tempore, quam a die privilegii Carolini, per Muſcnolani, Imperatoris legatum publicati, deducant, SCIPIO AMMIRATUS inprimis l. XXXI. *dell' Iſtorie Fiorentine* p. 418. *Coſi fu ſpedita la cerimonia di quel giorno, dal quale ſi ponno veramente annoverare gli anni del principato del Duca Aleſſandro.* Unde Florentinus defenſor aperte eſt falſus, cum Alexandri dignitatem non tam ab Imperatoris quam ab ordinatione tredecim *reformatorum* repetendam putat. Ex Ferdinandi I. Hiſtoria ad idem hoc argumentum rumor pertinet, qui ſæpe & multum & circa annum adhuc MDLX ſpargebatur, fore nimirum, ut Imperator Coſmo principatum auferret, & vel Joanni de Auſtria fratris filio naturali, vel junioribus filiis ſuis Carolo & Ferdinando daret, qua de re HIPPOLITUS CHIZZUOLA copioſe diſquirit in litteris ad GAVARDUM *l. III. delle lettere di Principi p.* 214. 15. 16. *ſequ.* De Ducis titulo infra copioſe oſtendam, principio quidem id nominis Alexandro Mediceo a ſocero Imperatore non tributum, mox tamen cum a. MDXXXII ſumpſiſſet, a Carolo confirmatum eſſe, hocque fieri eo facilius potuiſſe, quod generum jam tum ante Ducem Pinenſem crearat.

a) *p.* 9.
b) *p.* 7. 8.
c) *d. l.*
d) *p.* 10.

e) Flo-

rentinæ libertatis aſſertore; e) quin & KLOCKIUM ſibi non ſatis conſtare, ſed contradicere aperte, miſcere omnia ac turbare, imperii tamen in Florentiam jura tueri magis, quam impugnare. f) Ad

e) Florentiam, inquit KLOCKIUS, *in tractatu nomico politico de contributionibus, c. V. n. XXX. p. 126, inſtauravit Carolus M. & Imperatori fuit ſubdita, donec Rudolpho I, miſſo Principalle de Fliſco ex Comitibus & Laigarna Genuenſi vicario imperii generali abs ſe conſtituto, ſacramentum fidei & obſequium Hetruriæ civitates conſtanter negarent. Quo ipſo Imperator permotus, atque opibus ſuis ſi arma adhiberet, diffiſus, obſequium remiſit, integramque libertatem Italiæ indulgere ſtatuit. Quare præmemoratus Fliſcus id civitatibus indicavit, quæ confeſtim ſingulæ indictam pecuniæ ſummam exſolverunt, & libertate redempta ſingularia privilegia, & ad eam rem elicuerunt.* - - - - (Et) *quia expreſſim traditur Fliſcum ut jura imperii recuperaret, miſſum exigendo fidelitatis & obedientiæ juramentum Romano Imperio, idque civitates Tuſciæ conſtanter negaſſe, inde libertatem omnimodam divenditam conjicitur.* KLOCKIUS ergo aperte repetit antiquam, ſeu recentem potius fabellam, a SIGONIO, quem etiam teſtem laudat, *l. XX. de regno Italiæ p.* 124. 25. novis figmentis auctam. Sed quam inepte, quam vane, id partim ex dictis ad *§. III. ſub litt. e. & IV. ſub litt. f.* conſtare poſſe puto, cum quibus argumentis jungendum eſt diploma Rudophi I, ſine mentione temporis & loci promulgationis datum, quo Henricum, Furſtenbergium Comitem & conſangvineum ſuum, præfectum & rectorem Romaniolæ, vicinæque maritimæ terræ ordinavit, apud PETRUM LAMBECIUM, *in additamento VIII. ad l. III Commentariorum de Bibliotheca Vindobonenſi p* 327. 28. „Egregiis & „prudentibus viris Marchionibus, Comitibus, No„bilibus, Capitaneis, civitatum Poteſtatibus, An„cianis, & populis univerſis per Romaniolam & „*maritimam* conſtitutis ſalutem & benignam volun„tatem. Speciali quadam - - - - meditatione per„agimur & anxietate pervigili meditamur, qualiter „illa nobilis Romana & maxima regio, utpote ge„*neroſum imperii pomœrium*, in quo regiæ maje„ſtati ex ſui placidi cultus amœnitate non infima „delectatione complacuit, rediviva quiete refloreat, „& poſt diræ longæque fatigationis hoſtiles angu„ſtias, & eximios bellicæ turbines tempeſtatis in „portu votivæ tranquillitatis & pacis pulchritudine „conquieſcat. In hac ſiquidem regi ne *ſuos impe„rium recognoſcit alumnos.* Hic eſt hortus imperii delicatus. - - - - Cupientes (ergo) quod ipſa“ provincia Duce gaudeat circumſpecto, illuſtrem“ Henricum Comitem de Furſtenberg, & conſangvi-“ neum noſtrum - - *vobis & toti provinciæ præ-“ notatæ præficimus* in rectorem ejuſdem provin-“ ciæ, regnum vice noſtri, nominis exequendum“ ſibi plenarie committentes. - - - Vos itaque quæ-“ ſumus, *puræ fidei & ſinceræ devotionis alumni,*“ - - - eundem quaſi familiaris dilectionis pignus“ eximium hilares & devoti ſuſcipite, ac in omni-“ bus, quæ ad creditum ſibi ſpectant officium, reve-“ renter ei parere, ac humiliter promptis affectibus“ obedire curetis &c.“ Enim vero demus Tuſcos, & ſigillatim Florentinos, Rudolphi temporibus elatiores factos, vicariis ab eo miſſis parere per omnia non voluiſſe, quale quid MALESPINUS JUNIOR *c. CCXIII. p.* 162. innuere videtur; num propterea plenam libertatem datam illis & venditam exiſtimabimus, cum Rudolphi in imperiu ſucceſſores ſupremi domii ii jura conſtanter vindicarint? Et Florentini Carolo adhuc IV, quin ipſi Carolo V homagium præſtiterint? V ſupra *ſ. III. ſub litt. l.* & infra *hunc §. ſub litt. l.*

f) Rogo Florentinum defenſorem, ut conciliet mihi iſta, quæ KLOCKIUS in operoſo quidem, confuſæ tamen diligentiæ tractatu, *de contributionibus c V. n. XXI. XXII. XXIII. p.* 123. *& n. XXX. p.* 126. 27 habet: “Fruſtra conventionem allegant,“ Florentini & Genuenſes, qui ex titulo emptionis“ libertatem ſibi comparaſſe ajunt, cum jus reipubli-“ cæ pactionibus mutari nequeat. Et concludit opti-“ me Felin. in c. ad audientiam n. 4 tit. de præſcript.“ conventiones iſtas Rodolphi Cæſaris cum quibus-“ dam Hetruriæ civitatibus inefficaces eſſe, tametſi“ juramentum interveniſſet. - - - - Florentinis li-“ bertatem omnimodam divenditam conjicitur, id-“ que eo magis, quod actus ſubſecuti id etiam evin-“ cant cum ſtatim alia reipublicæ forma tunc con-“ ſtituta fuerit, & in principatum perpetuum con-“ verſus, Mediceæque familiæ adſignatus, quæ num-“ quam agnovit Romanum imperium, quod utique“ fieri debuiſſet, ſi ſuperioritas Rudolpho I. fuiſſet“ reſervata, facileque Carolus V, Imperator, qui Flo-“ rentinos debellavit, & ob ingratitudinem & mo-“ litionem contra imperium coercuit, non refragan-“ te contractu per ejus anteceſſorem inito, potuiſſet“ eos imperio ſubjicere. Addit tamen Decian. conſ. 19.“ num.

Ad alterum reſpondeo, Tò SALVA LIBERTATE, nec aliter tunc intelligi potuiſſe, nec aliter capi conſveviſſe, g) aut illa ætate explicatum eſſe, niſi de conſervatione privilegiorum ab antiqua jam competentium, h) ac de regimine per magiſtratum novum moderate adminiſtrando,

„num. 192. etſi Ducatus Florentinus non ſolvat canonem Imperatori, non eſt ideo exemptus a ſuperioritate, quia Imperator ſibi & imperio expreſſe ſuperioritatem reſervavit, ut adparet in privilegio & „inveſtitura Coſmi, ex quo conſilio poſſunt & alia „argumenta peti.

g) Exemplo ſit Senenſis civitas, quæ & ipſa ſub Caroli V. regimine, anno videlicet MDLV eodem plane modo deditionem parabat, tandemque faciebat, ſalva nimirum urbis libertate, ſalvis populi juribus, privilegiis, immunitatibus, ſed ſalvo etiam jure imperii, & facultate regimen ordinandi victori Cæſari unice relicta. Hanc enim adflicti cives obſeſſoribus ſuis conditionem proponunt apud NATALEM COMITEM *l. IX. Hiſtoriæ ſui temporis p.* 190. 191. *Ut Cæſar protegendam urbem atque rempublicam Senenſem acciperet in tutelam ſacri Romani Imperii, ac denuo eidem urbi ac reipublicæ libertatem antiquam confirmaret. - - - veniam omnibus concederet, qui pro defenſione arma ſumpſiſſent. - - - Senenſibus perduellionis crimen condonaretur. - - Ut reſpublica præſidia acciperet, quanta & cujus nationis Cæſari placuiſſet. - - - Ut Cæſar ad quietem tranquillitatemque reipublicæ, ſervata tamen auctoritate ac libertate civitatis poſſit illam ad eam formam adminiſtrationis perducere, quæ ſibi aptior viſa fuerit. - - - Uti in ea reformatione - - - habeatur ratio privilegiorum proventuum caſtellorumque ipſius reipublicæ, uti conferre videbitur, ſalvis ſemper rationibus ſacri imperii Romani.* C. JO. BAPTISTAM ADRIANI *nella Storia de ſuoi tempi l. XII. p.* 864. 865. JO. BAPTISTAM CINI *nella vita di Coſimo l. III. p.* 182. & inprimis *l. III. delle lettere di Principi p.* 159. 64. 65. 216. Simile exemplum de ipſa Florentia ſupra vide *§. III, ſub litt. x. & §. II. ſub litt. b.*

h) GUICCIARDINUS tranſacti cum Florentinis negotii conditiones *l. XX. p.* 949. recenſens: *Pontifex*, inquit, *& civitas, Cæſari quænam eſſe debeat reipublicæ forma, ſalva tamen libertate intra menſes tres conſtituendi poteſtatem danto;* vel ut JOVIUS exprimit *l. XXIX. p* 388. *Ante omnia conſtituendæ atque ordinandæ reipublicæ facultas arbitrio Cæſaris permittitur, ſic tamen ut incolumi libertate Florentini ſuis antiqui juris legibus utantur.* SCIPIONIS AMMIRATI verba ad præcedentem §. ſub *litt. b.* dedi, in quibus eadem formula, *che ſia conſervata la libertà*, itemque apud NARDIUM *l. IX. delle Iſtorie Fiorentine p* 382. Generatim illud auctoris argumentum, quod CINIUS etiam urget *nella vita di Coſimo l. VII. p.* 455. tam infirmum eſſe, ut infirmius non poſſit. Si enim a conſervatione libertatis ad ſupremi dominii jura argumentari licet, tum Wezlarienſibus in Germania civibus de ſummi honore imperii eodem modo gratulari omnino fas eſt, quoniam & his Rudolphus I. a. MCCLXXX libertatem antiquam; remiſſa omni noxa, non ſemel ſed repetitis verbis confirmavit, in charta apud LEHMANNUM *l. V. Chronici Spirenſis c. CXI. p.* 636. Quomodo autem Carolus hanc libertatis vocem intellectam voluerit, id ex JOVII *l. XXIX. p.* 402. tum ex ſæpe laudato diplomate, quo novum urbis regimen conſtituitur, clariſſime patet omnium: *Ut Florentini*, ait Carolus, *noſtram benignitatem & gratiam magis ac magis agnoſcant & amplectantur, eisdem - - - omnia & ſingula privilegia, jura, conceſſiones, exemptiones, libertates, gratias & indulta reipublicæ Florentinæ a majoribus noſtris Romanis Imperatoribus & Regibus conceſſa & conceſſas, quibus, antequam a noſtra & Romani imperii fide ac devotione decederent, utebantur, in omnibus ſuis articulis punctis & clauſulis, ac in his de verbo ad verbum eſſent inſerta, confirmavimus, ratificavimus, adprobavimus, ac tenore præſentium confirmamus*, & quæ ſequuntur; ex quibus ſimul & illud adparet, Carolum veram libertatem populari gubernationi, magiſtratuum hujus ſortis improbati, atque effreni licentiæ vulgi non recte minus quam ſapientes oppoſuiſſe; plane ut LIVIUS ſua jam ætate *l. XXIV. c. XXV. p.* 327. *Hæc natura*, inquit, *multitudinis eſt, aut ſervit humiliter, aut ſuperbe dominatur, libertatem, quæ media eſt, nec ſpernere modice, nec habere ſciunt, & non ferme deſunt irarum indulgentes miniſtri, qui avidos atque intemperantes plebejorum animos ad ſanguinem & cædes irritent.* Eoque GUICCIARDINUS reſpicit apud MANNUCCIUM *in vita Coſmi p.* 54. 55. dicens: *Che egli non ſopporterebbe mai, che la republica un altra volta tornaſſe*

do, i) vel ſaltim libertatis vocem, in illa quidem cauſa, opponi ſummo imperio non debere. Ad tertium dubium, quod paulo cæteris gravius videtur, præter ea, quæ de juriſdictionis effectu manifeſte jam k) comprobavi, merito regeritur, magiſtratus Florentinos ad unum omnes, prælecto Imperatoris decreto, ad ejus legatum, Muſettolam viritim acceſſiſſe tactoque diplomate & honoris cauſa inclinatis capitibus, ſingula eo contenta curato utique adprobaſſe, adeoque & promiſiſſe, *ſe in devotione, obſequio, ac fide erga imperium perſeveraturos.* l) Inveſtitura principio opus non

tornaſſe alle mani de Clemni - - & che a perpetua infamia de nobili occupaſſe il governo della loro republica un' altro ſimile a Michele di Laudo, pettinatore di lana. C. Petrum Buoninsegnium *l. IV. dell' Iſtorie Fiorentine p.* 568 618.19.664.65.

i) Eo indubie ſpectant, quæ Florentini ſcriptores de Alexandro Mediceo habent, exiſtimantes vocabulo ducis non principem urbis ac dominum notari, ſed magiſtratum partim civilem, partim militarem, ſed caput ſenatus, exercitus ductorem, porro obſervantes, Alexandrum initio ne in palatio quidem publico, ſed in privatis ædibus habitaſſe. Jacobus Nardi, *l. IX. delle Iſtorie Fiorentine p.* 387. 88. *Aleſſandro de' Medici - - fu creato, e chiamato Duca della republica Fiorentina. La qua parola ſecondo la ſua vera ſignificazione non ſignifica Signore, ma ſolamente Capo e Guida, e con uno ſtipendio limitato per ſuo ſalario. - - - Creato il Duca non tornò come Signore ad habitare nel publico palagio della ſignoria, ma fu contento come cittadino, & civile magiſtrato reſtarſi nell' habitazioni delle ſue private caſe.* Cumque Alexander deinceps conceſſa poteſtate abuteretur ac dominationem exerceret valde ſævam, exules quidam Florentini coram Carolo Imperatore apud Scipionem Ammiratum *l. XXXI. p.* 431. graviter & acerbe conquerebantur; *che contr'al vigor del capitolo, ſalva la libertà il Duca arrogandoſi tutta l' auctorità della republica, non havea laſciato, che di quella ſi vedeſſe pur ombra ò veſtigio alcuno in Firenze. Nel che non ſolo eſſi Fiorentini, ma venirne offeſa la Maeſtà ſua, contra la cui mente, & contr'al tenore delle cui parole egli s'havea quell' auctorità uſurpata.* (C. *p.* 430.) Et apud Adriani *l. I. della Storia de ſuoi tempi p.* 11. Alexandrum Ducem & Clementem VII. Pontificem pariter accuſant; *che i capitoli alla fine della guerra d' accordo ſtati conchiuſi, havevano in molti modi violati, che la patria loro contra il dovere, contra la mente, e contra la fede di quella Maeſtà* (Ceſarea) *era oppreſſata da graviſſima ſervità, che molti de' cittadini erano ſtati uciſi, molti meſſi in bando, & a molti ſotto varii colori, era ſtato tolto l' havere; & in ſomma quella città ſerva & afflitta dicevano, deſiderare da ſua Maeſtà, che tornando in ſua franchezza, & alleggerita dalla crudeltà, e rapina del Duca Aleſſandro, poteſſe vivere ſotto l'ombra di quella.* Vides igitur Florentinos multos, eosque nobiliores, Medicei dominatus pertæſos, novæque ſervitutis impatientes, ſuppliciter a Carolo petiiſſe, ut abrogato Mediceis imperio, libertatem Florentiæ redderet; quæ civitas nihilominus tamen, ſub umbra tanti principis ſub tutela Germanicorum Cæſarum conſtanter latere cupiat. Vides porro, formulam, *che ſia conſervata la libertà*, imperii juribus neutiquam opponi, opponi tamen dominio unius, principatui Mediceorum, vel ita ſaltim explicitam a Florentinis, libertatis amantibus, ipſoque Guicciardino eſſe. *l. XX. p.* 955. *Cæſar Florentinæ reipublicæ formam ea auctoritatis ſibi conceſſæ parte, quæ libertatem conſervari volebat, diſſimulata declaravit. Nam - - ut civitas iisdem magiſtratibus ac legibus, quibus Mediceis imperantibus uti ſolebat, gubernaretur, publicæque adminiſtrationis caput eſſet Alexander, Pontificis nepos - - - expreſſit.* Qui idem paulo ante *p.* ſcilicet 950. non ſine ſecreta indignatione ſcribit: *Civitatis* (Florentinæ) *viribus imminutis, iisque, qui* (præteritarum) *rerum participes fuerant, in - anguſtias redactis, Mediceorum in ea civitate poteſtas liberior ac ſolutior, immo pene regia manſit.* C. Jovium *l. XXIX. p.* 358. 382. 388. Vides tandem quam injuſtum & ab omni æquitate remotum ſit, vel deditionis articulos, vel privilegium a Carolo V. Cæſare, ante hos ducentos fere annos, ex plenitudine poteſtatis, & ſingulari in Mediceos gratia indultum, nunc in imperio maximam injuriam explicare, ac ſummum illi dominium contra apertiſſimam lucem abjudicare velle.

k) V. ſupra ſ. IV.

l) Paulus Jovius *Tomo II. l. XXIX. Hiſtoriarum ſui temporis p.* 402. 3. *Diplomatis Cæſarei ſententiæ,*

non videbatur, m) quod Medicei ex Cæſaris voluntate, non tam Duces, quam reipublicæ capita, prio-

tias, quæ latine perſcriptæ erant, Italica locutus lingua - - vertit & promulgavit Antonius Muſettola *- - qui tum Cæſaris legati munere fungebatur, membranam explicatam aureoque ſigillo & manu Cæſaris ſubſcriptam ſæpe oſtendens. - - Ipſo autem Muſettola perorante, aſſurrexit dictator Benedictus Bondelmontes - - hisque verbis reſpondit - - - - - - : Leges nobis latas a Cæſare - - - veneror, ſervaturumque polliceor, ac pari ſtudio atque obſequio magiſtratus, cunctique civitatis ordines, qui præſentes adſunt, ſuſcipient, atque optima fide ſervabunt. Tum vero ad dictatorem legatumque ſimul a dextris aſſidentem, ſinguli magiſtratus viritim acceſſerunt, tactoque diplomate, atque honoris cauſa inclinatis capitibus, quæ dixerat dictator, adprobarunt.* Ut factum ſuſpicione careat, nec ſuſpicione modo careat, ſed uberius quoque ac rectius illuſtretur, audiamus Florentinum ſcriptorem, Scipionem Ammiratum *l. XXXI. p* 418. *Il Gonfaloniere (Benedetto Buondelmonti) ponendo in forma di giuramento le mani ſul privilegio, che havea in mano il Muſciettola, & quello con ſegni di riverenza & d' umiltà venerando, diede eſſemplo a gli altri magiſtrati in tanta ſolennità ragunati, che il ſimile haveſſero à fare.* Franciſcus Guicciardinus, Neapoli coram Cæſare in Alexandri Ducis cauſa perorans, jurisjurandi a vexillifero Florentino, ac cæteris ordine magiſtratibus, ſolenniter præſtiti etiam meminit *d. l. p.* 432. *Non e uſcito della memoria à niun Fiorentino, quel che diſſe e fece il Gonfaloniere Benedetto Buondelmonti, quando leggendo il Muſcettola la dichiarazione da S. Maeſtà - - volentieri conſenti, & egli e tutti i magiſtrati, che in quella ragunanza ſi trovarono preſer giuramento di dover oſſervare in perpetuo quella nuova forma di governo dalla Maeſtà ſua inſtituita.* Supereſt ergo, ut dicas Florentinos magiſtratus inter alia multa, quæ in ſæpe memorato diplomate continentur, & hoc juraſſe, *ſe in Cæſarum & imperii devotione conſtanter manſuros*, ſic ut ſine criminis, perfidiæ, rebellionis nota, a promiſſo tam ſancte facto recedere non poſſint. Huc enim ſpectant Carolini diplomatis verba: *Militibus noſtris imperavimus, ut tamdiu Florentiam obſidione premerent, quousque facti pœniteret, ad noſtram & Romani imperii devotionem veniret. - - - Quidquid reſpublica Florentina commiſit tenore præſentium remittimus, eamque in noſtram & Romani imperii gratiam recipimus - - tuitionem protectionem, & ſalvam guardiam aſſumimus. - - - Quoniam autem ad perpetuam hujus reipublicæ Florentinæ libertatem, pacem, quietem & tranquillitatem, utque in noſtra & Romani imperii devotione perpetuo maneat, supereſt, - - ut ejusdem reipublicæ regimen, guberniam, & ſtatum diſponamus & inſtituamus &c. - - Cupientes ejusdem reipublicæ ſaluti - - conſultum eſſe - noſtramque & Romani imperii dignitatem & auctoritatem, ut tenemur, conſervare, - - volumus & jubemus, ut deinceps - - magiſtratus - eisdem modis inſtituantur, quibus ante ejectam Medicorum familiam - inſtituebantur. - - Decernentes, - ut ſi quando dicta reſpublica Florentina - hunc regiminis modum a nobis inſtitutum, violare aut intervertere audebit - - tamquam nobis & Romano imperio ingrata, rebellis, & inobediens - - ſingulis privilegiis privetur atque univerſum ejus dominium ad nos & ipſum Romanum imperium devolutum cenſeatur.* Vides, quam ſollicite Carolus, ſupremi imperii jura ſibi ac ſucceſſoribus reſervarit. Vides, quid præfecti, judices, magiſtratus Florentini, Bondelmontio præeunte, jurarint. Vides, quam religioſa affirmatione, ad devotionem, fidem, obſequium, ſine recuſatione, ac ſine ulla mora ſe obſtrinxerint. Audiſti tandem ſupra, Florentinorum legatos, Caroli IV. jam ætate, idem ſubjectionis jusjurandum, magna voce, & publice juraviſſe, quod Matthæus Villani narrat *l. IV. della Cronica de ſuoi tempi c. LXXII. p.* 379. Sed fac non interveniſſe jusjurandum. Notum eſt nec Argentinenſes olim imperio juraviſſe, cujus tamen in ſe auctoritatem agnoſcebant unique & colebant reverenter. V. Jacobi a Königshoven *Chronicon c. V. p.* 368. Cæteroquin Muſettolæ, ut obiter hoc moneam, vel Muſcettolæ, in cujus manus Florentini juraverunt, frequentiſſima mentio eſt *libro II. delle lettere di Principi p* 126. 42. 191. 194. *l. III p.* 3. & paſſim.

m) Ex noſtris ſcriptoribus Sigismundus F[illegible]iber-gerus *parte II. Germaniæ perturbatæ p.* 241. valde miratur, Carolum civitatem Florentinam, operoſo bello ſubactam, Mediceis ſine inveſtitura, ac conditionibus perſpicue expreſſis, (ohne ausführliche Bedingung und Lehenſchafft) dediſſe, idque inter nævos maximi Imperatoris politicos refert. Et Jo. Ba-

Baptista Adriani narrat *l. I. della Storia de ſuoi tempi p. 74. 75.* Coſmum inveſtituram legatis ſuis, Eberhardo Serriſtorio, & Joanni Bandinio per miniſtrum Cæſaris, Grauvelanum, a. MDXXXVII oblatam admittere noluiſſe. De Florentia igitur quæri forſan poſſet, feudumne ſit, an allodium? licet reapſe parum noſtra interſit, quocunque demum nomine principatum imperio ſine dubio obnoxium appelles, cum ordinatio regiminis, confirmatio Ducum a Cæſaribus facta, renovatio, & conceſſio privilegiorum, honorum, titulorum, ſimiliaque, de quibus deinceps, non minus certa ſigna ſint dominii ſupremi, quam inveſtitura feudalis dominii character eſt directi. Appoſite incomparabilis quondam Leibnitius (qui tamen publicas chartas Florentinam cauſam concernentes tum nondum viderat) *in litteris ad Greiffenerauzium p. 67. Otii Hannoverani: Je voudrois avoir le diplome de Charle quint, par lequel il établit un Duc de Florence, & ce que Maximilian II. accorda au grand Duc, car c'eſt un abus de s'imaginer, que ce, qui n'eſt pas feodal, eſt independant de l'Empire.* Interim non prorſus errare videntur, qui Florentiam feudis accenſent, feudis tamen quam maxime impropriis. Id enim rationes perſvadent ſequentes. Principio quia Carolus ſucceſſionem ad ſolos mares reſtrinxit, ad feminas, ut fieri in allodiis ſolet, non extendit: *Volumus & jubemus - ut Ill. Alexander de Medicis - - quamdiu vixerit, atque eo e vivis ſublato ejus filii hæredes & ſucceſſores ex ejus corpore deſcendentes maſculi, ordine primogenituræ ſemper ſervato, & illis deficientibus, qui proximior maſculus ex ipſa Medicorum familia erit, & ſic ſucceſſive in infinitum, jure primogenituræ ſervato, ſit atque eſſe debeat reipublicæ Florentinæ - caput.* Deinde quia Vitellius apud Jovium *l. XXXVIII. p. 166.* Florentinam arcem Coſmo dediturum ſpondet, *modo is in fide & clientela Cæſaris permanere velit.* Et quia Thuanus *l. I. p. 91.* Coſmum dilaudat, *quod benevolentiam Cæſaris, in cujus clientela conſtantiſſimus fuerit, fide & obſequio remanſerit.* Libro præterea *LIV. p. 1099. imperii beneficiarium* appellat. Ad hæc Maximilianus eundem Coſmum *ſuum & imperii vaſallum* ſine ambagibus vocat, cum loco deinceps excitando, tum apud Adriani *l. XXI. p. 1520.* Denique idem Maximilianus inveſtiturarum recentium pariter ac vetuſtiorum mentionem facit, *in epiſtola ad Coſmum in appendice Diſſertationis Lipſienſis ſub litt. O. ex MSS. edita: Inprimis dilectioni tuæ illud in mentem vocandum occurrit, quod ſicut* (Pontifici) *nullo jure licuit tale quid de Hetruria ſtatuere atque diſponere, ſic certe dilectionem tuam, tamquam noſtrum & imperii ſacri vaſallum longe minus decuit, oblatam dilectioni tuæ novam illam dignitatem, (ſi tamen dignitas dici debet, quæ indigno modo ac nulliter ſit,) inſciis nobis, utpote Romanorum Imperatore, cui in Hetruriam ſuperioritatis jus competere, efficaciſſimis rationibus, & quidem magna ex parte veteribus & recentibus inveſtituris probari poteſt, acceptare.* Inveſtituræ veteris exemplum occurrit in Ruperto, Bonacurſium Pitti, Florentinum ſyndicum & legatum, nomine civitatis, Moguntiæ per annulum inveſtiente, apud Scipionem Ammiratum *l. VIII. p. 884. Pitti ottenuto dall' Imperadore in Magonza - un ampliſſimo privilegio, nel quale veniva confermato a Fiorentini tutte le citti, terre, e luoghi - - inveſtendone il medeſimo Pitti, come Sindaco del commune di Firenze condargli l'anello.* De inveſtitura Florentinis a Maximiliano I a. MDIX Vernonæ data, V. quæ ſupra §. *III. ſub litt. gg.* ſcripſi, hic quidem non repetenda, ſed eo magis notanda, quo copioſius Florentinæ libertatis defenſor, contra indubitatam veritatem ſub finem commentarii diſputat. Itaque fruſtra omnino eſt Jo. Baptista Adriani *l. I. p. 75.* contendens, Florentinum agrum omni ætate tam fuiſſe liberum & immunem, nullum ut ſervitutis, inveſtituræ, ſuperioritatis, (venia his, ſimilibusque verbis ob receptum loquendi morem eſto,) veſtigium occurrat. At quid de recentibus inveſtituris fiet? Inveſtituram nominavi per ſcriptum. Dominos enim directos nunc hoc nunc illud ſymbolum, in actibus inveſtiendi pro arbitratu adhibuiſſe, aliunde ſatis notum, & non ab Alteserra modo *c. VIII. de origine & ſtatu feudorum pro moribus Galliæ p. 24 ſequ.* ſed a Cangio etiam multo plenius *T. II. Gloſſarii Latinitatis p 116 - 28.* ſub *v. inveſtitura*, eſt doctum. Qui celeberrimi viri etiamſi inveſtituram per ſcriptum omiſerint, fuit tamen & iſte mos quandoque frequentatus Ita Ludovicus IV. Caſtruccium de Anteltminellis, Lucanum Ducem, ac regni vexilliferum creans: *Te pro te ipſo*, inquit, - - *& ſucceſſoribus tuis - - de Ducatu & vexilliferatu per ſcriptum, quod in manu tenemus, præſentialiter inveſtimus & infeudamus; parte I. Codicis diplomatici Leibnitiani p. 131.* Enimvero non opus eſt, ut eo progrediamur, aut multum hic laboremus, cum parum, ut dixi, referat, num pro feudo Florentiam vel pro allodio habeas. Sufficit, quod Florentini Duces a Cæſare confirmati, agnoverint eum ſuperiorem, ceu infra luculentius oſtendetur. Principis ergo liberi vox, quæ *l. II. Hiſtoriæ* Adriani *p. 68.*

E 2 & l.

priores, ac ſummi magiſtratuum præſides majorum exemplo vocarentur, n) quales inſtitui quidem & confirmari ſolent, feudalem vero inveſtituram, more clientum accipere haud ſolent. Poſtea vero quam Ducis tituli acceſſit confirmatio utique o) & inveſtitura ſimul acceſſit, non per gladium

& l. XXVII. Hiſtoriar. NATALIS COMITIS *p.* 598. & paſſim Coſmo tribuitur, alio ſenſu accipi non debet, quam quo ea de poſſeſſoribus allodiorum, aut de Imperii principibus, vaſallis etiam, liberis tamen, in territoriis ſuis, prædicatur. Germanos ſaltim hæ adpellationes, quas Florentini principibus ſuis dant, terrebunt parum.

n) Decipitur CAVITELLIUS, eum exiſtimat, Carolum in ſæpius memorato Barcinonenſi fœdere pollicitum eſſe Clementi, ſe Mediceis Florentiam reductis Alexandrum ibi conſtituturum Ducem; *p* 1543 *Annalium Cremonenſium ad a.* 1529. Et JACOBUS NARDI non minus errat, cum anno jam tum MDXXXI Florentini Ducis titulum Alexandro datum ſcribit, *l. IX dele Iſtorie Fiorentine p.* 387. Quin potius nec Cæſaris nec Pontificis, nec Florentinorum, cum his paciſcentium, initio alia mens fuit, quam ut Alexander ſola poteſtate uteretur, qua uſi majores fuerant, adeoque cæteris in urbe magiſtratibus, eminentiori auctoritate, *capitis inſtar* præeſſet. Inde Carolus: *Volumus*, ait in memorato diplomate *ut Alexander ſit atque eſſe debeat reipublicæ Florentinæ, gubernii, ſtatus, atque regiminis caput, & ſub ejus præcipue cura & protectione ipſa civitas & reſpublica, cum univerſo ejus ſtatu & dominio regatur & manuteneatur, & conſervetur, & tam ipſe Ill. Alexander, quam ſui prædicti poſſint & valeant, ac debeant in omnibus ſupradictis magiſtratibus, qui in præſentia ſunt & - - diſponentur, intereſſe, hiſque præeſſe.* Inde GUICCIARDINUS *l. XIX. p.* 906. Barcinonenſis fœderis conditiones recenſens: *Cæſar*, inquit, *Laurentii Medicis filium* (Alexandrum) *Florentiam cum eadem auctoritate, quam majores ipſius, antequam pellerentur obtinebant, reducito.* Inde Pontifex Clemens VII ex Medicea domo apud eundem GUICCIARDINUM *l. XIX. p.* 926. auditis Florentinorum oratoribus reſpondet, *ſe civitatis libertatem turbare minime velle.* Et quid Florentini per illum deditionis articulum *che ſia conſervata la liberta*, voluerunt intellectum, hoc fuſe indicavi ſupra. Florentini ergo Ducis dignitas Alexandro data ſtatim non eſt, ſed *capitis* nomen tribuitur, *l. XXIX* JOVII *p* 104 *Florentino imperio præpoſitus* vocatur *l. XX.* FRANCISCI GUICCIARDINI *p.* 958. aut *gubernator perpetuus*, itemq; *prior perpetuus*, adpellatur a THURINO in primis *l. I. p.* 20. & LEANDRO ALBERTI, *nella deſcrittione di tutta Italia p.*46. (Ut de vocabulo *domini* apud ADRIANUM *l.* II. *p.* 75. CINIUM *l.* II. *p.* 89. & paſſim occurrente nihil dicam.) Majorum ſcilicet exemplo, de quorum apud Florentinos auctoritate. JO. MICHAEL BRUTUS *l* I. *Hiſtoriæ Florentinæ p.* 38. 39. *Nihil obſtare videbatur, quo minus unus - Medices ſibi omnia ſumeret, ac princeps civitatis reipublicæ imperium ſuo arbitratu adminiſtraret. - - - Indignum eſſe* (multi) *ducebant, in ea civitate, cujus imperio magna ex parte nobiliſſima Italiæ provincia pareret, ad unius libidinem omnia adminiſtrari, in unius poteſtate leges, judicia, magiſtratus, populi jura, comitia poſita, unum reipublicæ moderatorem, qui de pace & bello ſtatueret, haberi, bonis deterritis pœnæ metu, improbis conciliatis præmio, ne cujus libera vox in libero populo exaudiretur, veterem reipublicæ ſtatum & amiſſam libertatem requirentis.* C. AENEAM SYLVIUM *de vita Friderici III. p.*90. PHILIPPUM COMINÆUM *l. I. de bello Neapolitano p.*762.

o) Supra jam dixi Alexandrum initio Florentinis, non Ducem, ſed caput, prætorem ſummum, vel, ſi mavis, principem eſſe datum. Idque tam eſt verum, ut cum Alexander deinceps, Clementis VII conſilio, Ducis Florentini honorem ac titulum adfectaret. Imperator Carolus V, etſi ſocer, & in Mediceos valde propenſus, in litteris ad generum perſcriptis non temere eum tribuerit. ALDUS MANNUCCI *nella vita di Coſimo de Medici p.* 55. *Voleva il Guicciardino - - che il nome di Duca ſi cancellaſſe affatto, come coſa odioſa in citta libera, & all' Imperadore poco grata, il quale non haveva ardito mai di chiamar Duca il ſuo genero Aleſſandro &c.* Digna præterea JOVII verba ſunt, quæ ex *l. XXXVIII. p.* 157. 58. adferantur: *Volebat Guicciardinus certis legibus adſtringi potentiam* (Medicei) *dominatus, atque abolere odioſum in libera civitate Ducis nomen, toties in Medicea familia repetitum, non obſcuro quidem patriæ ſtudio, quod non inepta ratione diſſimulabat, utpote, qui præclare diceret, Ducis nomen neutiquam gratum Cæſaris auribus futurum, qui antea non*

Digitized by Google

dium quidem aut alia ſymbola uſitatiora , ſed per ſcripturam pro arbitratu domini directi, cui & juris ju-

non temere Alexandrum ipſum, vel etiam generum in litteris, quas ad eum perſcribere eſſet ſolitus, numquam Florentiæ Ducem adpellaviſſet, vel ob id præſertim, quod recepta civitate, conſtitutaque republica, neque Clemens Pontifex, neque civitas id tituli decus, ab ſe qui tum rogandus fuerat & majora benigne conceſſerat, nequaquam petiiſſet. Nam uti cautus & *prudens jureconſultus, minime tum de Ducis nomine controverſiam importuna mentione commovendam eſſe exiſtimabat, ne creandi Ducis jura, quæ ad liberam civitatem omnino pertinerent, imperite ad Cæſarem inepto præjudicio transferrentur, quandoquidem non creandi, ſed confirmandi tantum, quæ ipſi ſua civili antiquiſſima lege ſancirent, atque decernerent, facultas eſſet apud Cæſarem.* Audis JOVIUM non ſuo hic calamo ſcribere, ſed graviſſimi auctoris, Florentini ſenatoris, ac patriorum jurium callentiſſimi viri, FRANCISCI GUICCIARDINI ſententiam referre, exque ejus mente, ſi non creandi, confirmandi tamen Florentini Ducis jura Cæſaribus noſtris diſertis verbis largiri, quod ipſum confirmandi jus, ſupremi in urbem imperii character eſt indubitatus. Nec ambigendum, eſſe Imperatores hac poteſtate ſua uſos. Alexandro ſane Carolus V. a. MDXXXV. non modo principatum firmabat, ſed quod huc uſque ſemper recuſarat, Ducem velut de novo creabat. JO. BAPTISTA ADRIANI *l. I. della Storia p. 11. Ceſare conferma lo ſtato al Duca Aleſſandro.* LEANDER ALBERTI, *nella deſcrittione di tutta Italia p. 46 Eſſendo - Aleſſandro creato Duca di (Fiorenza) nel mille cinquecento trentacinque ſa Carlo Imperadore - - a i ſette giorni di Gennaro del mille cinquecento, trenta ſette fu miſeramente ucciſo* &c. ALDUM MANNUCCI *nella vita di Coſimo de Medici p. 39.* Ut taceam Maximilianum II. *clauſularum, quæ illuſtriſſimi Alexandri de Medicis a divo olim Imperatore Carolo - - in Ducem creati erectione continentur*, pariter meminiſſe apud NATALEM COMITEM *l. XXVII. p.* 588. Poſt Alexandri mortem, Coſmus, ex diverſo ſtipite oriundus, Cherubino Buonanno Piſano Icto & Bernhardo Mediceo interpretibus idem a Carolo V expetebat & obtinebat, nec ante ducalem titulum vel uſurpabat vel admittebat, quam a Cæſare iſto elogio eſſet condecoratus, JOVIUS *l. XXXVIII. p. 174. Coſmus ſui principatus jura ipſius Cæſaris propenſiſſima voluntate confirmata, ex bullatis & ſolemnibus codicillis acceperat, & id quidem uberiore Cæſaris benignitate, quod iisdem titulis atque honoribus, quibus antea Alexandrum generum, - - indulgenter exornaſſet, Coſmum quoque principis & titulo [illegible] appellandum [illegible].* De Buonanno Icto ad Cæſarem ablegato JO. BAPTISTA CINI, *nella vita di Coſimo l. I. p.* 30. 43. teſtatur; de Bernhardo Mediceo præter eundem ſcriptorem, *l. I. & II. p.* 57. SCIPIO AMMIRATUS *l. XXXII. p.* 444. *Era ſtato ſpedito di Firenze a Ceſare Bernardo de Medici, Veſcovo di Furli - - che ſua Maeſtà di cui il nuovo governo fecea intendere di voler eſſere oſſervantiſſimo, approvaſſe con la ſua autorità quello diche i buoni cittadini ſi erano contentati. C. p.* 462. *& l. XXXV. p.* 548 JO. BAPTISTA ADRIANI *l. I. p.* 28. *Il S. Coſimo haveva mandato il Iſpagna M. Bernardo de Medici Veſcovo di furli, con preſtezza grandiſſima all' Imperadore, che narrata la coſa come era paſſata - - gli ſupplicaſſe a mantenere il Principe a quel governo, & che egli & la citta tuta era a ſua divozione, & vi ſi mantenebbe, & che molto gioverebbe alle coſe ſue, ſe quanto prima egli haveſſe approvato il fatto, & conſermato nel grado, dove era poſto il S. Coſimo.* Et *p.* 43. *Dalla corte di Spagna era tornato il Veſcovo di Furli, & riferiva, che l'Imperadore paveva ogni coſa fatta conſermata, & che la creatione del S. Coſimo gli era molto piacciuta.* Deque Ducis titulo idem *p.* 75. *Per queſto* (privilegio dell' Imperadore) *fu il Principe privilegiato di dutti quelli onori & titoli, che in qualunque modo haveva havuto il Duca Aleſſandro, & allora comincio a chiamarſi Duca il S. Coſimo, che inſino a quel giorno non haveva, voluto cotal titolo uſurpare, ne ſofferto, che da altri gli foſſe detto.* C. CINI *l. II. p.* 89. Unde falſum eſt, cum GRATIANUS *in vita Commendoni* vult *l. III. c. VIII. p.* 311 Coſmum occaſione devictorum & triumphatorum hoſtium ſumpſiſſe Ducis nomen, ac Florentini porro contra ſolem, & apertiſſimam veritatem loquuntur, cum apud THUANUM *l. XLVII. p.* 926. contendunt, *Fecisse Coſmo, qui ſine Cæſaris conceſſione Ducis nomine ſe inſigniſſet, magni Ducis dignitatem Pontificis beneficio accipere.* Rectius multo *l. XXXI. p.* 643. ſcribitur: *Coſmum Florentinorum*

rum

ris jurandi præſtationem, remittere vaſallis omnino licet. p) Poſtremum illud momentum probari ex pluribus cuperem, quam BENEDICTO VARCHIO ſolo, qui tamen negare haud poteſt, Alexandrum Ducem Carolum V. ſocerum paulo poſt Florentiam venientem ut Imperatorem & dominum excepiſſe, porrectis etiam urbis clavibus. q)

§. VI.

rum Ducem a Carolo V. conſtitutum eſſe. Eoque Maximilianus II. reſpexit, jura ſua in Hetruriam, ex Caroli quinti decretis Alexandro & Cosmo ſucceſſive ducibus factis demonſtrans, teſte NATALI COMITE *l. XXVI. Hiſtoriarum ſui temporis p.* 587. Priusquam hinc diſcedam, monendum reſtat paucis, privilegium Caroli V. Imperatoris non ſoli Cosmo dari, ſed ad omnem ejus maſculam legitimamque progeniem extendi. ADRIANI *c. l. p.* 75. *Il privilegio ſi diſteſe ampiamente ne figlivoli legittimi maſchi ſolamente, & loro diſcendenti, ſecondo che à Papa Clemente ſettimo haveva conceduto il medeſimo Imperadore per la ſua famiglia.* Ipſum privilegium *V. infra ad §. VI. ſub k.* Cum igitur Cosmi Ducis poſteritati adhuc feliciter perduranti, ampliſſimo diplomate, ſemel, ac generatim proſpectum ſit, inde forſan eſt, quod ejus in regimine ſucceſſores, iterationem, aut repetitionem confirmationis ſupervacaneam judicarint, niſi cum cauſa interveniret nova, ut magni Ducis titulus, de quo deinceps. Neque tamen etiam negabo, liquidiſſima cæteroquin ac ſole clariora in Florentinum tractum jura, Rudolphi II. incuria, funeſto tricennali bello, motibusque aliis ſine intermiſſione ſubſecutis interrupta tantisper ac conturbata eſſe, licet propter hanc impeditam agendi facultatem nequaquam evanuerint penitus ac conciderint. Et eo trahendus eſt *articulus V.* quadruplicati fœderis; Daß die Länder ſo anietzo der Groß-Hertzog von Toſcana beſitzet · ietzo und zu ewigen Zeiten · · vor männliches Lehen des H. R. Reichs ungezweifelt gehalten und erkennet werden ſollen.

p) Nota eſt regula interpretum juris feudalis, quod feudum ſine juramento fidelitatis eſſe omnino poſſit, ſine fide non poſſit, cum fides viri non pendeat a fide juramenti, ſed fides juramenti a fide viri. Jus jurandum ergo a Mediceis præſtitum non reperio, probe tamen fidem datam, religioſe etiam ſervatam. Cibus Cardinalis, a Cosmo nomine Cæſaris jam tum ante electionem poſtularat, *ut ab auctoritate Caroli nunquam diſcederet*, teſte JOVIO *l. XXXVIII. p.* 159 qui & ſubjungit *Cosmum illud cumulate impleviſſe - - & fideli obſequio - erga Cæſarem grati animi ſui exiſtimationem tutatum eſſe;* quemadmodum ipſe Cosmus porro apud eundem JOVIUM *p.* 171. profitetur, *ſe rempublicam conſenſu ſenatus ex lege Cæſaris* (ad ſe) *delatam - - auſpicio invicti Cæſaris geſturum. L. I. Hiſtoriæ* ADRIANI *p.* 28. per legatum ad Carolum miſſum cum ſuo tum civitatis nomine omnem devotionem ſolenniter promittit. *c. l. II. p.* 72. *p.* 87. *l. III. p.* 192. *L. XVIII. Hiſtoriæ* THUANI *p.* 308. gloriatur Cosmus, *ſe officio elaboraſſe, ut Caroli majeſtas inconcuſſa per univerſam Italiam præcipue in Hetruria manſerit, & ab omnibus fideli obſequio culta ſit.* NATALIS COMES *ut principem Cæſari deditiſſimum; & qui ejus partibus quam maxime ſemper faverit*, commendat, *l. VI. p.* 123. SCIPIO AMMIRATUS porro hoc encomio dimittit *l. XXXIII. p.* 457. *Il Duca Coſimo - - ſi mantenne ſempre coſtantiſſimo & uniforme verſo il beneficio & commodo di Ceſare c. l. XXXII. p.* 462. *& l. III. delle lettere di Principi p.* 215. Tandem Cosmus ipſe ad Ducem Urbinatem ſcribit: *Dico, che io non poſſe negare di non eſſer per infiniti riſpetti affettionatiſſimo al ſervitio di S. M. Ceſarea, che altramente mi parrebbe d'eſſer ingrato, l. III. delle lettere di Principi, le quali o ſi ſcrivono da Principi, o a Principi o ragionano di Principi p.* 147. Ut taceam cæteros ſcriptores, qui de perpetua Cosmi devotione ac fide erga Cæſarem incorrupta, ex ejusdem principis ore ſæpenumero loquuntur, JO. BAPT. CINI v. c. *nella vita di Coſimo l. I. p.* 43. *p.* 46. *l. II. p.* 57. *p.* 63 *p.* 93. *l. III. p.* 139. *l. VIII. p.* 491. Immo ut taceam, Carolum V. Florentinam arcem & Liburnum portum anno demum MDXLIII, Cosmi fide abunde perſpecta, magnaque pecuniæ ſumma accepta, principi novo tradi juſſiſſe, qua de re ALDUS MANNUCCIUS, *in Cosmi vita p.* 58. 59. 86. 87. ADRIANUS, *l.* III. *p.* 192. 93. *& l.* III. *delle lettere di Principi p.* 215. conferri poſſunt.

q) Argumentum primo intuitu valde ſpecioſum; ſed quod tantam attentionem non meretur, cum perinde (ut ſupra monui) nobis ſit, num pro feudo Florentiam vel pro allodio habeas, modo terram imperio eſſe obnoxiam largiaris. Verum eo ne quidem progrediar. Hoc potius jure miror, ſingula iſta a cæteris auctoribus non memorari, quin conſtare

§. VI.

Poſtremæ rationes momenti ſunt non multo majoris, videlicet, quod Cibus Cardinalis, Alexandro Duce, Laurentii Medicei perfidia ſublato rempublicam Florentinam ſine præſcitu Cæſaris adminiſtrarit, quod dicto Laurentio, quem tamen *arbitralis* ſententia per Carolum V. pronuntiata omnino ad ſucceſſionem vocabat, plane excluſo, quadraginta octo virorum voluntate Coſmo delatum regimen ſit, unde & in equeſtri ſtatua, Florentinæ plebis, ac liberis ſenatorum ſuffragiis reipublicæ Dux renuntiatus eſſe dicatur. a) Quod Pius V. eundem Coſmum magni Ducis titulo exornarit, tamquam principem *abſoluta poteſtate* inſtructum, *ratione liberi & directi dominii Florentini nemini ſubjectum*; b) Quod THUANUS valde erret, ſcribens, eum honoris titulum Franciſco Mediceo, Coſmi filio, a Maximiliano II. Imperatore, ut directo domino, confirmatum eſſe; quin Maximilianum II. de argumentorum ſuorum imbecillitate, cum per Florentinum legatum, Jo. Baptiſtam Concinum, tum per conſiliarios edoctum, juri, quod in Florentiam eo'sque obtenderat, haud obſcure nuntium miſiſſe, atque in diplomate ſolenni, cuncta in *Medicea domus favorem explicari* juſſiſſe; c) tandem Florentinos de honore primi loci cum Alphonſo Ferrarienſi Duce acriter & diu contendentes, litis quidem arbitrum Imperatorem delegiſſe, pro judice autem legitimo nullo umquam tempore agnoviſſe. d) Singula inquam iſta dicuntur gratis. Ego enim contra luculenter oſtendam, Florentinos Cibum, ex Medicea matre natum, ad triduum, aut quatriduum, producem facientes, diplomati Carolino egiſſe convenienter, ejuſque rationem aperte habuiſſe. e) Oſtendam Laurentium parricidam non a Florentinis tantum excluſum, ſed Cæſaris quoque ſententia ſuccedendi jure, ac me-

ſtare potius, Alexandrum Neapolin venientem, Imperatorem in cauſa exulum Florentinorum ut judicem agnoviſſe, & ſoceri lenitate mirifice delectatum, ejus ſibi præſentiam exoraſſe, moxque Florentiam ingreſſum ſummo ſplendore ac pompa excepiſſe quod præter alios AMMIRATUS fuſe narrat *l. XXXI. p.* 433. Hoc unum ADRIANI addit, Alexandrum de abitu aliquando cogitaſſe, & ſibi ſuiſque rebus inſalutato Cæſare proſpicere voluiſſe fuga, non tamen propter oblatam ſibi inveſtituram feudalem, & extemplo, ſi credere fas eſt, cum indignatione rejectam, ſed quod miniſtri Imperatoris, cauſam ab hero dijudicandum protraherent, & Mediceus ſubvereretur, ne Strozzius, & qui cum illo faciebant, flebilibus querimoniis obtunderent Caroli aures, & hic adflictorum cauſæ favere tandem inciperet. *La coſa*, inquit *l. I p.* II. *fu aſtutamente da' Miniſtri dello Imperadore mandata in lunga, & alcuna volta andò tan l'oltre, che dubitando il Duca del ſucceſſo, fu vicino al proveder da ſe ſteſſo col partirſi ſenza far motto alla ſalute ſua, e dello ſtato.*

a) *p.* 10. 11. 27.

b) *p.* 12.

c) *p.* 30 31. 32.

d) *p.* 29.

e) ALDUI MANNUCCI *nella vita di Coſimo de Medici p.* 39. *Il Cardinal Cibo, parente di Medici, eſſendo egli nato di una ſorella de Leon X. - - ſi ritrovava in Firenze, la dove era lungamente dimorato, & habitava nel Palazzo del Duca &c.* C. *p* 59 JO. BAPTISTA ADRIANI *l.* I. *della Storia de ſuoi tempi p.* 12. *Il Cardinale Cibo era di nazione Genoveſe, nipote gia di Papa Innocenzio ottavo, nato d' una delle figlivole del magnif. Lorenzo de Medici. Idem p.* 14. *I Fiorentini - riſolvero no - - di dare tutta l' auttorità che potevano, & che haveva il Duca morto nel governo della citta al Cardinale Cibo - - - & crearo no quel Cardinale in principe della republica Fiorentina, con tutta quella auctorità, che haveva il Duca ſecondo il privilegio dell' Imperadore.* Cæſarianis illud factum non poterat non vehementer placere, cum ſingularem Cibi erga Carolum V. fidem, multis ac luculentis ſignificationibus dudum haberent cognitam & perſpectam. Neque enim poſtmodum etiam antiquius quid aut prius noſtro erat, quam ut Florentina urbs in obſequio perſiſteret Imperatoris. Idem ADRIANI *d. l. p.* 17. *Il Cardinale Cibo era diſpoſto a mantenere la Città netta divozione*

ac merito quidem omni, privatum eſſe. f) Oſtendam Caniſianum ſenatorem in quadraginta octo-virorum conſeſſu non ſine indignatione auditum eſſe, cum de Julio ex concubina ſuſcepto, Alexandro patri ſubrogando, mentionem injiceret, contra edictum ſcilicet Imperatoris, qui ſolos mares legitimos, ſpuriis plane præteritis ad ſucceſſionem g) vocarat. Oſtendam pleroſque ex quadraginta octo-viris de nulla re minus cogitaſſe, quam de novo principe creando, aut Cosmo ad illud faſtigium evehendo, ſed de ſupprimendo ducatu, de reducenda priſca regiminis forma unice deliberaſſe, h) ac reducturos ſine dubio fuiſſe, niſi lex Cæſaris obſtitiſſet, a qua cordatiores diſcedere nefas putabant

divozione di Ceſare. Et apud Jo. Baptiatam Cini *nella vita di Coſimo l. I. p.*19. appellatur *buomo di fatione Imperiale.*

f) Non urgebo nunc teſtimonia Hiſtoricorum, Jovii nimirum *l.* XXXVIII, Adriani *l.* I. *p.* 17. *l.* II *p.*75. & aliorum, ſed ipſius Carolini diplomatia Cosmo dati, & hucuſque non impreſſi, adeoque poſtmodum integri exhibendi fide me tuebor. In præſenti pauca adduxiſſe ſufficiat: *Reipublicæ Florentinæ* (primatus) *ipſi Cosmo* (debetur) *hac lege, ut excluſo Laurentio nuncupato a Medicis, qui ob parricidium in perſona quondam Illuſtris Alexandri Ducis, affinis ſui perpetratum, læſæ majeſtatis reus factus, condemnatus, atque ipſo jure omnis gratiæ expers declaratus fuerat, & ejusdem Laurentii poſteris, uti inhabilibus & legitime privatis, ipſe Cosmus de Medicis durante ſua vita ſit - - Florentinæ reipublicæ - -* caput. Et Ferdinandus a Silva, Comes de Cifuentea, Cæſaris mandatarius, in eodem inſtrumento: *Iniquitatis filius, Laurentius de Medicis, parricida, ſi - crimen læſæ majeſtatis non commiſiſſet,* (ad gubernium civitatis) *adſpirare potuiſſet,* (ſed) *ob dictum crimen & parricidium jure, læſæ majeſtatis reus judicatus & condemuatus, ac ipſo jure privatus ab omni gratia declaratus exſtitit.* Omnia quidem priori chartæ Alexandro Mediceo datæ convenienter. Quod ſi enim ſecundum illam, tota Florentina urbs, cunctis gratiis, privilegiis, conceſſionibus, exemptionibus, libertatibus, privanda erat, ſi quando ſtatum regiminis ſui, a Carolo ordinatum turbare aut intervertere auderet, quanto magis Florentinum civem ſuccedendi jure privandum fuiſſe putaa, qui dominum ſuum ac principem a Cæſare inſtitutum, a Cæſare confirmatum, immo qui Cæſaris generum, vi & dolo crudeliter trucidare ſuſtinuerat? Neque injuſtum videtur, eam privationis pœnam ad Julianum quoque, Laurentii fratrem, tacite extenſam fuiſſe, cum in crimine læſæ majeſtatia fieri id ſoleat non raro. Laurentio igitur & Juliano excluſis, principatua Cosmo, ut maxime propinquo juxta Imperatoria tabulaa omnino debebatur, unde Cardinalis Cibus, in pleno quadraginta octo-virorum conſeſſu, apud Ammiratum *l.* XXXI. *p.* 438. vehementer gaudet, ſupereſſe Cosmum, *a cui ſecondo la diſpoſizione di Ceſare legittimamente l'amministrazione del governo di Firenze ricadeva.*

g) Jovtua *l.* XXXVIII. *p.* 156. *Caniſianus ineptus & futilis ſenator, de ſubrogando Alexandri filio ex concubina vix trimo, - - mentionem intulerat. - - - Illum vero* (Franciſcus Victoriua) *vebementer increpavit, quod ſpurius infans contra jus tabularum Cæſaris - - Cosmo jam plane viro - - præferendus videretur.* Scipio Ammiratus *l.* XXXI. *p.* 438. *Il Canigiani - propoſe, cbe ad Aleſſandro doveſſe ſuccedere il figliuolo ſuo Giulio - - Il ſenatore Franceſco Veltori ripreſo il Canigiani, cbe contra il giudicio fatto dall' Imperadore haveſſe ardire di proporre un baſtardo.* Apud Jo. Baptistam Adriani *l.* I. p. 16. non minus obſervatur, eam Carolini diplomatis mentem eſſe; *cbe il Duca Aleſſandro fuſſe ſignore della città, e Principe del governo, e cbe quelli, cbe da lui diſcendendo maſcbi ſolamente, e nati di legittimo matrimonio, ſempre il maggiore, haveſſero il medeſimo grado nella citta* C. eundem *l. II. p.* 109. & Cinium *l. II. p.* 100. Cæteroquin Julii hujus frequens occurrit mentio apud Natalem Comitem *l.* XXIV. *p* 537. Ammiratum *l.* XXXI. *p.* 437. 38. & paſſim

h) Aldua Mannucci *nella vita di Coſimo de' Medici p.* 53. *La maggior parte de' XLVIII, - - comincio primieramente à trattare di riſtituire alla republica le ſue antiche leggi, i ſuoi magiſtrati, & il ſuo Gonfaloniere, & tutta la ſua primiera forma, in cui ſi vedeva la imagine della libertà ſcolpita.* Imprimia Oricellarii ſenatoris excepta vox eſt, ſe neque principem neque ducem in republica velle, liberrimo ore profitentis, nec recuſare dicentia, quin pro alba ſuffragii faba capitis pœna plecteretur; qua in cauſa Guilielmum Capponium

putabant ac ſumme periculoſum. i) Denique monſtrabo novum Coſmi principatum, ob adverſa civium ſtudia, tamdiu fuiſſe mobilem & incertum, quamdiu Cæſaris auctoritate firmatus nondum ac ſtabilitus erat, nec Ducis antea titulum vel ſumere vel admittere eſſe auſum, quam Carolus id juberet. k) Quam vere ergo ſcribatur, Coſmum una ſolaque libera ſenatorum ac civium electione Ducem

---

ponium plane conſentientem habebat apud Jovium *l.* XXXVIII. *p.* 156. Mannuccium *d. l. p.* 54. Jo. Baptistam Cinium *l.* I. *p.* 29.. & Adrianum *l.* I. *p.* 18. Cum igitur ſtatuæ Florentinæ Coſmi Ducis honori conſecratæ inſcriptum legitur, illum *plenis* (unanimibus) *liberisque ſenatorum votis reipublicæ Florentinæ ducem eſſe renuntiatum*, tum primum illud de *plenis votis*, non magis eſt verum, quam alterum eſt de *liberis votis*, & tertium eſt de *Ducis titulo*, V. ſupra §. *V. ſub l. o.* & infra *ſub l. i. k. l.*

i) Jovius *l.* XXXVIII. *p.* 155 *Cardinalis* (Cibus) *cum ſententiis ſenatus intereſſet, exorſus ab immanitate parricidii, periculoque civitatis. Patres, inquit, quod eſt Deorum immortalium munus, uno avulſo non deficit alter aureus, qui affectæ orbatæque reipublicæ ſubveniat* (Coſmum præclare indicens) - - *qui tamquam Alexandro maxime propinquus ex Cæſaris tabulis in adminiſtranda republica ſucceſſor eſſet deſignatus; ipſos ergo probe recteque facturos, ſi eam Cæſaris legem obſervarent, a qua diſcedere nefas ſit. Neque ex uſu commodoque civitatis videri poſſit, ſi violata fide quibusdam alio flectendas eſſe voluntates adpareat, ut novus rerum ſtatus inducatur. Jura ſiquidem Florentini imperii ex ipſorum voluntate auctoritateque Cæſaris addicta familiæ Mediceæ, & ſolennibus codicillis confirmata, niſi ſtultiſſima prævaricatione a quoquam extra perniciem violari non poſſe. Quandoquidem ejus improbe initi ſuſceptique conſilii auctores, neceſſe ſit in ipſo maleficii veſtigio pœnitere, tam propinquis ſcilicet atque expeditis Cæſarianorum copiis, quæ omnem infidelitatis ſuſpicionem celerrime ulciſci queant.* Aldus Mannucci *c. l. p.* 53. *Il Cardinale Cibo vedendo la diſpoſitione dell' animo della maggior parte de' Senatori contraria ab ſuo diſegno di creare un ſolo ſucceſſore al Duca morto, rompendo il ſilentio, primieramente comincio ad eſſagerar la crudeltà dello eceeſſo fatto nella perſona di Aleſſandro; poi, il pericolo, in cui, vacando la ſedia del Duca, ſi ritrovava la Città; appreſſo, i diſordini, che ſarebbono neceſſariamente ſeguiti, ſe, rompendo i capitoli della promeſſa fatta alla Maeſtà di Ceſare, haveſſero mutata la forma del governo; con cio foſſe coſa, che havendo eſſi già, di lor volontà, ſecondo le domande di Ceſare, ceduto il principato della lora republica alla famiglia de' Medici, & eſſendo queſta loro volonta con publichi atti, & in iſcritture autentiche ſtata dichiarata, al preſente di lor fede mancando, ſenza alcun fallo provoche rebbono di nuovo le potentiſſime armi di Ceſare.* Sigillatim Vitellius Florentinæ arci præfectus putabat, multum exiſtimationi ſuæ deceſſurum, *ſe quello ſtato a lui raccommandato, & a ſua guardia commeſſo, ſi fuſſe alienato dalla divozione dell' Imperadore, o ſi fuſſe alterata quella forma di governo, che egli haveva preſa a difendere*, apud Adrianum *l. I. p* 15. & tandem placebat optimatibus memorante Eodem *p.* 17. *di mantenere la forma dello ſteſſo governo, con darli Principe ſecondo il privilegio dello Imperadore, della famiglia de' Medici & a chi di ragione ſi deveva che era il Signor Coſimo.* De ipſo autem Cæſare Chizzuola ad Gavardum ſcribit *l. III. delle lettere di Principi p.* 215. *che morto il Duca Aleſſandra & havendo Carlo fatto cuſtodire & tener lo ſtato di Fiorenza, con tutto che haveſſe molte viecome collocarlo in gran ſervigio ſuo, volle tuttavia darlo ſolo, a chi vi de piacere a i Fiorentini ſteſſi, & a chi s'apparteneva per ragion di ſangue.*

k) Quanto novi principis, & omnium, qui bene ipſi cupiverant, odio flagrarint Florentini cives, Adriani *l. I. p.* 20. deſcribit: *La maggior parte di que' cittadini, che havevano preſo piace re della morte del Duca Aleſſandro, vedendone un' altro rinato, che havevano ſperato e deſiderato altro governo alla città loro, e non havevano mancato di dirlo, a raccommodare ſe ſteſſi, e la voglia comune, quanto l' haveſſero a male ſe' l può ciaſcuno da ſe ſteſſo penſare. Per tutto ſi vedevano cerchi di cittadini fra ſe ſteſſi dolentiſi di così fatta deliberazione, e que gli, che l'havevan propoſta, e quegli, che l' havevano favorita erano per tutto acerbamente biaſimati: e quanto maggiori erano i cittadini, e di maggior auttorita, che vi erano intervenuti, tanto piu erano morſi. Accuſandoſi in alcuni l' ambizione, in altri l'avarizia, & in altri il velenoſo animo di vendicarſi, & in tutti generalmente*

mente il poco amore de i loro, e della patria comune. Hinc Mediceorum æmuli novum principatum, obſcuræ umbræ ac levi paleæ comparabant, non turbine modo vehementiori, ſed leniſſimo vento quovis facile difflandæ, ut CINIUS animadvertit *in Coſmi vita l. II. p. 87.* Cum Cæſaris vero litteræ advolaſſent, nullus civium fremitus, nulla diſſenſio amplius, ſed mira animorum conſenſio, una voluntas omnium, Coſmo ab Imperatore confirmato, ac non ſervitutis jugo, licet omnino durius videretur, ſponte ſe ſubmittentium. Nihil fingo. Auctorem MANNUCCIUM ſequor *in vita Coſmi Medicei p. 74. Vennero le lettere Imperiali, date in Monzone l'ultimo di Settembre anno M D XXXVII. ſolennemente ſegnate & ſigillate, per le quali ſua Maeſtà approvava l'elettion di lui fatta dal ſenato, & gli confermava tutti quei privilegii ch'erano ſtati conceduti al Duca Aleſſandro, & oltre a ciò l'honorava del nome di Principe. & di Duca della republica Firenze. Alle quale coſe tutte acconſenti la città largamente, non oſtante, che le pareſſer troppo gravi conditioni di ſervitù.* Unum illud falſum eſt, quod MANNUCCIUS habet de Ducis titulo. Dux enim in dicto diplomate Coſmus vocatur nondum, ſed ſolo *capitis* ac *primarii* Florentinæ civitatis nomine inſignitur. Totum monumentum eouſque ineditum, in gratiam lectoris adſcribam, prout in bibliotheca auguſta Guelpherbytana *ex copia Florentiæ a 1571. d. 30. Martii ad ſpeciale mandatum vidimata* reperitur, & a polyhiſtore inſigni Excell. DN. Conſiliario HERTELIO, laudatæ illuſtris bibliothecæ præfecto ſupremo, benevole me cum communicatum eſt:

Carolus Quintus Divina favente Gratia Romanorum Imperator Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniæ, utriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Inſularum Balearium, Sardiniæ, Fortunatarum, ac Indiarum, & terræ firmæ, Maris Oceani &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgii, Lucemburgiæ, Geldriæ, Virtembergiæ &c. Comes Hapsburgi, Flandriæ, Tirolis, Arteſiæ, & Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferreti, Kiburgi, & Zutphaniæ, Landigravius Alſatiæ, Marchio Bergoniæ & Sacri Romani Imperii Princeps Sueviæ, Dominus Phriſiæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis, & Mechliniæ &c. ad perpetuam rei memoriam recognoſcimus; & notum facimus tenore præſentium Univerſis &c. ad alias rationes Imperialis Dignitatis & muneris noſtri, quo Dei optimi Maximi voluntate fungimur, hoc vel inprimis pertinere arbitramur, ut fidelium rebus ad otium & tranquillitatem redigendis, & confirmandis aſſidua cura & perenni ſtudio incumbamus, eorum præcipue, qui pro ſumma ſua erga nos devotione & obſervantia a nobis omnia expectare, ſuæque Dignitatis nedum aſſerendæ, verum etiam augendæ, & ſtabiliendæ, in nobis ſpem omnem ponere & poſſe, & velle, dignoſcuntur, Qua de re, cum Excelſæ Rei publicæ Florentinæ ſtatus aliquandiu, & præſertim poſt fata illuſtris quondam Alexandri de Medicis, Ducis Pennæ, affinis noſtri, non nihil fluctuari, atque periculo expoſitus, & ob id preſenti ope juvandus, videretur, Nos qui nihil antiquius aut carius unquam habuimus, quam ejus ſtatus; cujus patrocinium jam olim ſuſceperamus, ad augmentum & exiſtimationem promovere & rerum ipſius firmitati conſulere, etſi aliis maximis Chriſtianæ Reipublicæ negotiis eramus impediti, noluimus tamen deeſſe, quin ad depellendum motus & pericula ipſi ſtatui & Reipublicæ Florentinæ impendentia, & ad providendum ea, quæ optime illius adminiſtrationi congruere viderentur, omnem curam, operam & diligentiam noſtram converteremus. Itaque inter cæteros noſtros in Italia & pacis & belli miniſtros, Illuſtri Johanni Ferdinando Manrique Marchioni ab Aquilar conſanguineo noſtro, & magnifico Fideli nobis dilecto, Ferdinando a Silva, Comiti a Cifuentes, Conſiliariis & apud Beatitudinem Pont. Maximi Oratoribus noſtris, dedimus in mandatis, ut uterque, aut alter ipſorum noſtro nomine hanc provinciam ſuſciperet, atque ea omnia ageret, tractaret, faceret, & exequeretur, quæ huic rei convenire, expedireque viderentur, quemadmodum ex ipſius mandati & facultatis noſtræ ſerie, inferius inferenda, quam hoc loco pro recitata haberi volumus, perſpicere eſt. - Cumque alter ipſorum Mandatariorum, videlicet præfatus Comes â Cifuentes, inhærendo eisdem mandatis & decreto per nos alias pro Illuſtri quondam duce Alexandro, & familia Medica facto, virtute facultatis & auctoritatis ſibi à nobis traditæ, communis tranquillitatis & quietis præfatæ Reipublicæ Florentinæ c[illegible] declaraverit, magnificum noſtrum *& Imperii ſacri fide-*

cri fidelem dilectum Cormum de Medicis, ut proximiorem ex ipſa familia Medicea, majoremque natu, & tam *vigore memorati edicti ſeu Privilegii noſtri & in ejus executione*, quam ex decreto publico, vocatum ad ipſum ***Primatum & Caput gubernii & ſtatus Reipublicæ Florentinæ***, adſciſcendum fuiſſe, eundemque primatum ipſi Coſmo deberi *hac Lege*, *ut excluſo Laurentio nuncupato â Medicis*, *qui ob parricidium in perſona præfati quondam Illuſtris Alexandri Ducis*, *affinis ſui*, *perpetratum Læſæ Majeſtatis reus factus*, *condemnatus*, *atque ipſo Jure expers omnis gratiæ declaratus fuerat*, *& ejuſdem Laurentii poſteris uti inhabilibus & legitime privatis* ipſe Coſmus de Medicis durante ſua vita ſit, & eſſe debeat prædictæ Reipublicæ Florentinæ *Gubernii ſtatus Dominii & Regiminis Caput & Primarius*, ac ſub ejus præcipua cura & protectione ipſa Civitas & Respublica cum univerſo ejus ſtatu & Dominio regatur, manuteneatur, & conſervatur, quamdiu ipſe Coſmus ſuperſtes fuerit eo autem vita functo, ipſius *filii hæredes & ſucceſſores ex ejus corpore legitime deſcendentes maſculi*, ita ut tam ipſe Coſmus quam ejus ſucceſſores jam dicti poſſint valeant ac debeant *omnibus magiſtratibus intereſſe ac præeſſe ut primarii & Caput omnium prædictorum Magiſtratuum*, poſſintque *ex gratia noſtra* uti, frui ea omni auctoritate, qua præfatus quondam Dux Alexander tempore ſui obitus uti poterat, & utebatur, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuscunque & quemadmodum hæc omnia in ipſa declaratione ſupradicti Comitis Mandatarii noſtri in qua prædictum Mandatum & edictum noſtrum inſerta ſunt, diffuſius continentur, quorumque omnium tenor ſequitur in hæc verba: Nos Ferdinandus de Silva, Comes de Cifuentes, magnus vexillifer Caſtellæ, Conſiliarius Cæſareus, & in hac cauſa per Sacram Cæſaream Catolicam & Regiam Majeſtatem ſpecialiter delegatus, pro ut conſtat Cæſareo Privilegio, cujus tenor talis eſt: Carolus quintus & quæ ſequuntur: Nos cupientes virtute facultatis & auctoritatis Nobis a Cæſarea Majeſtate conceſſæ, quieti tranquillitati hujus Excelſæ Civitatis & Dominii Florentini proſpicere, ac conſulere, quæ ob infra ſcriptum obitum Ducis Alexandri quaſi fluctuari videtur: Declaramus mentem Cæſareæ Majeſtatis fuiſſe, & eſſe hanc Excelſam Rempublicam & protegere & fovere & quotidianis beneficiis & gratiis ſemper afficere, & ab imminentibus procellis & periculis illæſam ſervare, Illuſtremque Mediceorum familiam, pro ut ſemper fecit, paterna Caritate amplecti, & ſub ſua protectione fovere & conſervare. Cumque *ex Privilegio* conceſſo Illuſtri Duci Alexandro & Mediceorum familiæ *clare conſtet*, *quod poſt obitum Ducis Alexandri abſque filiis decedentis*, *proximior ex familia de Medicis ad primatum & caput gubernii & magiſtratuum omniumCivitatis Florentinæ vocetur*, ad quod iniquitatis filius, Laurentius de Medicis, parricida, ſi hujusmodi crimen Læſæ Majeſtatis non commiſiſſet, aſpirare potuiſſet, & ob dictum crimen, & parricidium Jure læſæ Majeſtatis reus, judicatus, & condemnatus, ac ipſo Jure privatus ab omni gratia, declaratus exiſtit, ob quam Cauſam primatus prædictus ad Illuſtrem Coſmum de Mediceis ut proximiorem ex familia de Mediceis & majorem natu devolutus eſt, *ac decreto publico & municipali edicto in execut.onem dicti Privilegii & juxta intentionem Sacræ Cæſareæ Majeſt. contentam in dicto Privilegio, ad primatum & Caput Reipublicæ, ſtatus & gubernii Florentini aſcitus fuit*, cujus Privilegii tenor dicitur eſſe talis: Carolus quintus & quæ ſequuntur, Inherentes Nos dicto Privilegio, *Cæſarea*, *qua fungimur*, *auctoritate*, *dicimus & declaramus Primatum Reipublicæ ſtatus & Gubernii Civitatis & Dominii Florentini deberi Illuſtri Coſmo de* Medicis filio Magnfici Joannis de Medicis, *excluſis penitus dicto Laurentio & ejus poſteris ut inhabilibus & incapacibus & legitime privatis*, quodque Illuſtriſſimus Coſmus de Medicis ſit atque debeat Reipublicæ Florentinæ, Gubernii, ſtatus atque Dominii, & regiminis caput & Primarius, & ſub ejus præcipua cura & protectione ipſa Civitas & Reſpublica cum Univerſo ejus ſtatu & Dominio regatur, manuteneatur, & conſervetur quamdiu præfatus Coſmus vixerit, eoque e vivis ſublato ejus filii hæredes, & ſucceſſores, *ex ſuo corpore legitime deſcendentes maſculi*, ita ut tam præfatus Coſmus, quam ſui ſucceſſores prædicti poſſint & valeant ac debeant in omnibus Magiſtratibus intereſſe ut Primarius & caput omnium prædictorum

dictorum Magiſtratuum, poſſitque ex *Cæſaris gratia* uti & frui ea omni auctoritate, qua Illuſtris quondam Alexander tempore ejus obitus uti poterat, & utebatur, in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuscunque, in quorum omnium fidem & teſtimonium præmiſſorum, Nos præfatus Ferdinandus de Silva, Comes de Cifuentes, nomine quo ſupra has patentes literas fieri juſſimus, manu noſtra firmatas, ſigilloque noſtro munitas, & ex noſtro Secretario roboratas. Datum in Civitate Florentina in Domo & palatio Illuſtris familiæ de Medicis in parte inferiori in Camera noſtræ Solitæ reſidentiæ, die 12. Menſis Junii Anno a Nativitate Domini 1537.

Conde Alferetz.

Nos igitur omnia & ſingula per prædictum Comitem a Cifuentes, Mandatarium noſtrum, ut præmittitur, noſtro nomine & auctoritate in vim mandati, ac executionem decreti Seu Privilegii noſtri, in beneficium publicæ quietis prædictæ excelſæ Reipublicæ Florentinæ, & pro ornamento familiæ Mediceæ facta & declarata plenum effectum ſortiri cupientes; atque eo quidem magis, quod *id ipſum non ſolum præfatus Cosmus, verum etiam ipſa Reſpublica Florentina ſe gratum* habere declarantes, per ſuos ad nos Oratores *magnificos, noſtros & Imperii ſacri fideles dilectos*, Averardum Serriſtorum & Joannem Bandinum, a nobis *Suppliciter & cum omni ſtudio petierunt, ut præmiſſa confirmare & ratificare dignaremur.* Idcirco attentis præmiſſis, & tam ipſius Reipublicæ ſtatus Florentini quam ſupradicti Coſmi & familiæ Mediceæ cauſa, quam una cum ipſa Republica & ſtatu, paterno amore & benevolentia proſequimur, ac non modo fovere & protegere, ſed etiam beneficiis augere & ornare ſemper cupimus; harum præſentium tenore, ex certa Scientia, non ducti errore, aut improvidentia, ſed de omnibus prædictis bene edocti animoque deliberato ac ſano & maturo, *procerum noſtrorum & Imperii Sacri fidelium, dilectorum accedente conſilio*, prænarratam declarationem, atque alia omnia & ſingula per ſæpe nominatum Comitem a Cifuentes Mandatarium noſtrum, ut præfertur, acta, geſta, & ſuperius enarrata, & inſerta, in omnibus ſuis punctis, clauſulis, ac articulis; partibus & Sententiis, rata, & grata habentes, approbamus, ratificamus, confirmamus, & autorizamus de Imperialis noſtræ poteſtatis plenitudine, & quatenus opus eſt ea omnia de novo decernimus, declaramus & conſtituimus, ac Imperialis auctoritatis & decreti noſtri robore, & firmitate munimus; decernentes ea omnia & ſingula valida & firma & perpetua eſſe & cenſeri & intra extrave judicium, plenumque ſortiri effectum ac inviolabiliter obſervari debere Promittentes in verbo noſtro Cæſareo & Regio, nos quoque ea omnia & ſingula inviolabiliter obſervaturos & non contraventuros ullo ingenio, colore, ſeu prætextu, omni dolo & fraude ſemotis; ſupplentes etiam ex præfata noſtra vera Scientia & poteſtatis plenitudine omnes & quoscunque defectus tam Juris quam facti, & ſolennitatis, cujuscunque omiſſiones, qui quæve in præmiſſis quovismodo interveniſſent, ſeu dici & allegari poſſent, non obſtantibus quibuscunque legibus; ſtatutis, decretis, ordinationibus, conſvetudinibus, privilegiis, conceſſionibus; aut aliis in contrarium facientibus quibuscunque, etiam ſi talia forent de quibus in præſentibus ſpecialis mentio fieri deberet, nos enim eis omnibus & Singulis ac ſi ſpecifice & de verbo ad verbum hic inſerta & expreſſa eſſent, derogamus, & derogatum eſſe volumus, & decernimus, & Jubemus Scientia, auctoritate, & poteſtate ſupra dictis, *noſtra tamen & Imperii ſuperioritate, & juribus, ſemper Salvis.* Nulli ergo omnino hominum liceat has noſtras violare aut eis quovis auſu temerario contraire aut contra præmiſſa aut præmiſſorum, aliquid, ſive intra ſive extra judicium facere aut venire, ſi quis autem ſecus attentare præſumpſerit, noſtram & Imperii Sacri indignationem graviſſimam, ac pœnam mille marcarum auri puri imperiali fiſco ſeu ærario noſtro irremiſſibiliter applicandam ſe noverit incurriſſe, harum teſtimonio litterarum manu noſtra ſubſcriptarum, & bullæ noſtræ aureæ appenſione munitarum. Datum in oppido noſtro Montiſoni, die ultima menſis Septembris, anno domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo, imperii noſtri decimo ſeptimo, & regnorum noſtrorum vigeſimo ſecundo

Carolus

V. Perenotus

Ad mandatum Cæſareæ & Catholicæ majeſtatis proprium

Jo. Obernburger.

Ego

Digitized by Google

Ego Laurentius Mutius Bibenas, Camilli filius, apoſtolica & imperiali auctoritatibus notarius, judexque ordinarius, notariusque publicus Florentinus, ſupra ſcriptum privilegium transſumpſi, & exemplavi a ſuo originali ſcripto in charta hœdina, cum ſubſcriptionibus ſupra ſcriptis, in quo privilegio pendet ſigillum magnum aureum cum chordula aurea & argentea, in quo quidem ſigillo eſt ſculpta imperialis majeſtas, ſedens cum habitu & corona imperiali, cum enſe evaginato manu dextra, & pomo cum cruce & ſceptro in manu ſiniſtra, & duobus ſcutis, uno a dextris, & altero a ſiniſtris, ſuper columnis cum inſcriptione ejus Cæſareæ majeſtatis ſolita: PLUS ULTRA. In uno dictorum ſcutorum, videlicet a dextris, eſt ſculpta aquila biceps, & ſuper dicto ſcuto eſt corona imperialis, & alio a ſiniſtris, in quo ſculpta ſunt inſignia ejus regnorum, & ſupereſt corona regia cum litteris circum circa dictum ſigillum ſculptis: *Carolus quintus divina favente clementia Rom. Imp. ſemper auguſtus, & Rex Germaniæ, Hiſpaniarum, utriusque Sicil. Hierus. Hungariæ;* ab alia vero parte eſt ſculpta aquila ſimiliter biceps, cum corona imperiali, & in pectore dictæ aquilæ ſculptum eſt, ſcutum parvum cum inſigniis regnorum cum corona regia ſupra, & ab utroque latere columnæ, cum dicta inſcriptione: PLUS ULTRA; & litteris circum circa dictum ſigillum ſculptis, videlicet Dalm. Croa. Archi-D. Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brab. Comes Habsbur. Tirolis, Ferreti. Et quod quidem privilegium non eſt cancellatum, abraſum, nec in aliqua ſui parte ſuſpectum, ſed omni prorſus ſuſpicione carens. Quod quidem ſumptum & exemplum propria manu ſuit exemplatum coram illuſtri & reverendo domino, Bernardino Briſegnio, Protonotario apoſtolico, & ſanctiſſimi domini noſtri Papæ, & ſedis Apoſtolicæ apud ſereniſſimum Coſmum de Medicis, magnum Hetruriæ Ducem, cum poteſtate legati de latere nuntio, nec non Reverendiſſimo domino, Gvidone Servidio, præpoſito & vicario generali Florentino, ad mandata domini ſereniſſimi magni Ducis. Et quia collatione facta cum Sr. Jacobo de Vantuciis, & Sr Proſpero de Bianchinis, notariis infra ſcriptis concordare inveni de verbo ad verbum, ideo in fidem & teſtimonium veritatis ſubſcripſi, ſolitoque meo notariatus ſigno ſignavi, hac die triceſima menſis Martii anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo in civitate Florentina.

Ego Proſperus Ambroſii de Bianchinis Apoſtolica & imperiali auctoritatibus notarius publicus, prædicta una cum ſupra & infra ſcriptis notariis contuli cum originalibus ſuis, & quia concordare inveni, ideo in fidem ſubſcripſi dicta die trigeſima Martii anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo.

Ego Jacobus quondam Bartholomæi de Vantuciis, Apoſtolica Imperialique auctoritatibus notarius publicus & judex ordinarius, notariusque publicus & civis Florentinus, prædicta omnia cum ſupra ſcriptis notariis contuli cum originalibus ſuis, & concordare inveni. Ideo in fidem ſubſcripſi dicta die, & meum ſignum appoſui conſvetum.

Ego Briſegnus, Protonotarius & Nuntius Apoſtolicus fidem facio ita eſſe, quia privilegium originale vidi, habui, diligenter inſpexi, & collationi interſui, ideo manu mea ſubſcripſi, & ſolito ſigillo obſignavi, & in omnibus concordare inveni die XXX Martii a. 1571.

Ego Gvidus Cervidus, Præpoſitus ac Vicarius generalis Florentinus fidem facio ita eſſe, quia privilegium originale vidi, habui, diligenter inſpexi & collationi interſui, ideo manu mea ſubſcripſi, & ſolito ſigillo obſignavi, & in omnibus concordare inveni d. XXX Martii 1571.

Nos Carolus de Roſellis, Proconſul artis judicum & Notariorum civitatis Florentiæ, totiusque provinciæ Florentinæ univerſis atteſtamur, qualiter ſupra ſcriptus Laurentius, qui ſupra ſcriptum privilegium transſumpſit, & dictus Sr. Proſperus, & Sr. Jacobus, qui ipſum contulerunt, tempore dicti facti ſumptus & collationis reſpective fuerunt & hodie ſunt publici, authentici, & fide digni notarii deſcripti in noſtra arte & matricula, eorumque ſcripturis publicis, ſumptis & inſtrumentis publice ab omnibus plena fides adhibita ſemper fuit, & adhibetur. Has autem litteras in fidem præmiſſorum fieri fecimus, noſtrique & dictæ artis ſigilli ſoliti impreſſione muniri juſſimus. Datum Florentiæ in palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ die XXX. Mart. 1571. Indictione XIma.

Ego Joannes de Barberino Cancellarius de mandato.

De Ducis titulo v. *praecedentem §. V. ſub o.*

1) Scio,

cem eſſe factum, l) his expenſis judicent, qui velint aut poſſint. Pium V. Pontificem maximum, ſecundum Pauli IV & Pii IV anteceſſorum ſuorum deſtinationem m) principem Florentinum a. MDLXIX

l) Srio, Florentinos, ar Florentinis faventes, hac ſibi aſſertione placere mirum immodum, ut cum apud SCIPIONEM AMMIRATUM *l. XXXII. p.* 443. de electione Cosmi dicitur: *Che egli non con arme, non con denari, non con pratiche era ſalito al governo & regimento della ſua patria, ma chiamatovi da ſuoi cittadini, à ciaſcun de quali era ſtato libero nominare altre perſone - - e far tutto quello, che in liloghi liberi, & da perſone libere ſi coſtuma di fare*; aut cum *l. c. p.* 463. memoratur; *che il Duca Coſimo per libero volere de ſuoi cittadini, huomini liberi in quel tempo & da altri non dipendenti, di quella città era ſtato creato capo & ſignore* (C. *l. XXXIV. p.* 525.) & CINIUM *l. III. p.* 136. *& l. III. delle letterè di Principi p.* 50. aut cum ANTONIUS MARIA GRATIANUS *in Joannis Franciſci Commendoni Cardinalis* vita *l. III. c. VIII. p.* 309. 10. ſeribit: *Alexandre eſtant mort ſans enfans, les amis de Medicis jugerent a propos de choiſir un Prince de la meme maiſon. Ils ietterent les yeux ſur Cosme, - - & l'ayant rencontré comme il revenoit d'une petite maiſon de campagne, ſans ſonger a ce, que la fortune luy preparoit, ils l'enleverent, & l'ayant porté dans le Palais, ils le reconnurent pour leur Prince.* Quam erronee luculenter ex dictis patet. Spreciatim tota GRATIANI narratio & illa præſertim, qua gubernationis onus Cosmo invito ac nihil minus cogitanti impactum fingit, apertæ falſitatis convinri facile poſſet, ſi modo noſtra referret. Meo interim qualicunque judicio, Imperii juribus parum obſtat, quod Florentinus defenſor molimine tanto urget, & ADRIANI etiam *l. I. p.* 18. 19. teſtatur, Cosmum videlicet in XLVIII virorum conſeſſu principem ſalutatum, & idcireo a civibus ſuis libere electum eſſe. Hos enim ipſos XLVIII viros Cardinalis Cibus jam docuerat, Cosmo juxta privilegii Carolini tenorem deferri omnino principatum debere, memorante Ipſo ADRIANO *l. I. p.* 17. 18. *Il Giorno nono di Gennajo - - fu mandato per li miniſtri publici a chiamare il conſiglio de quarant otto, i quali eſſendo raunati, & fra loro cominciando ſi a ragionare quello, che fuſſe da fare in caſo tanto pericoloſo della città propoſe loro il Cardinale Cibo, che ſecondo la forma del privilegio conveniva rendere la degnità del principato alla caſa de Medici, & a chi meritamente la ſi deveva accennando il Signor Coſimo.* C. *p.* 16. Eadem plane reſponſione dimittendus eſt Pius V. apud JO. BAPTISTAM CINI *l. VII. vitæ Cosmi p.* 490. exiſtimans, Florentiam nec Imperatorem, nec alium quemvis agnoſcere debere ſuperiorem, cum ipſa per ſe ac ſponte ſua, nemine cogente, nemine imperante, ſuos elegerit principes. Cosmi ſaltem electioni non Cibus modo Cardinalis, ſed Alexander Vitellius etiam intererat nomine *Imperatoris*, & Florentinam arcem, poſt electionem quoque jam tum factam, ejusdem Caroli nomine tenebat. ANONYMUS, qui ſub litteris. G. D. latere voluit in epiſtola ad PAULUM TOSSATUM *l. III. delle lettere di Principi p.* 55. *La morte del Duca Aleſſandro fu tenuta ſecreta preſſo ad un giorno, in tanto, che ragunati li* 48. *Conſiglieri con Cibò & il Vitello - - creaſono Cosmo de Medici nuovo (capo) - - Aleſſandro Vitelli - - e Signor della fortezza, & della città, & la tiene per l'Imperadore.* - - Præterea Comes de Ciſuentes, Cæſaris in Italia orator, ex præſumpto heri conſenſu electionem novi principis confeſtim adprobabat, ſic ut *iterum* fruſtra ſit Florentinus advocatus contendens, Caroli V. miniſtros in toto illo difficili negotio, nec potuiſſe, nec monuiſſe quidquam. FRANCISCUS BARLETANUS teſtis eſt in *epiſtola ad Cardinalem Cibum d. l. p.* 50. *Queſta coſa (elezzione di Coſimo) e tanto grata a tutti gli buoni, che ciaſcuno, & maſſime la Eccellenza del Conte di Siphonto - - inalzano quella al Cielo.* C. *p.* 56. Et cuncta tamen iſta Marchioni Vaſtio ne quidem ſatisfaciebant, qui non ſolos Cæſareos miniſtros, Florentiæ tunc aut Romæ aut in vicinia forte morantes, verum & reliquos ſupremæ dignitatis præfectos, in tam gravi cauſa adhibendos fuiſſe in conſilium putabat in litteris ad Cibum, eodem *l. III. delle lettere di principi p.* 52.

m) NATALIS COMES *l. XXI. Hiſtoriæ ſui temporis p.* 454. 55. *Ampliorem honoris gratum & Paulus IV, cum ſe ſtatumque Chriſtianæ reipublicæ a maximo periculo Cosmi conſilio atque auctoritate liberatam ſenſiſſet, ſponte - - illi obtulerat; & Pius IV. deinde cum omnia illi deberet, pollicitus fuerat, quod tamen veritus quorundam principum offenſionem præſtare noluit.* Adhæc THUANUS auctor eſt *l. XXVI. p.* 533. *Pium IV de Cosmo Hetru-*

MDLXIX ſolenni bulla, nuncupaſſe magnum Ducem, & diadem ate capiti impoſito creaſſe, vulgare eſt, & in commentariis protritum. n) At quis etiam neſcit, Mediceos eum honoris gradum, a Cæſare partim Viennæ per Concinum, partim Florentiæ, Archi-Duce Carolo ibi præſente, prius expetiiſſe, quam a Pontifice conſequerentur, licet tunc repulſam ex gravibus cauſis tulerint? o) Quis neſcit, Maximilianum Imperatorem, contra inſolitum titulum non Romæ tantum, cum coronandus eſſet Coſmus, per legatum, Comitem ab Arcu, p) & Pragæ etiam, congregata univerſa aula, & iterum Romæ per aulicos duos imperii conſiliarios eo miſſos, allegatis ac demonſtratis ſupremi dominii in Hetruriam juribus, ſevere interceſſiſſe, cuncta in eo negotio geſta auctoritate ſua reſcidiſſe, q) minisque atrocibus ſparſis, Electores & Principes, adeoque imperium fere totum, illud

Hetruriæ Rege creando, in eumque Regum jure & inſignibus conferendis jam circa annum MDLX cogitaſſe, mox tamen mutaſſe conſilium, quod apud tot principes non poterat non invidiam longe maximam habere. C *l. III. delle lettere di Principi p.* 213. & Jo. Baptistam Cini *nella vita di Coſimo l. VII. p.* 444 46 47.

n) Factum hujus loci non eſt. Videndi tamen de eo præter ſcriptores vulgatiores Scipio Ammiratus *l. XXXV. p.* 547. 48. Jo. Baptista Adriani *l. XX. p.* 1503. *ſequ.* Natalis Comes *l. XXI. p.* 455. *l. XXIV. p.* 536. 38. Simon Schardius *de rebus ſub Maximiliano II. geſtis p.* 2432. 33. Antonius Cicarella *in vitis Pontificum in vita Pii V. p.* 401. Antonius Maria Gratianus *in vita Commendoni Cardinalis l. III. c. VIII. p.* 311. 12. Jo Baptista Cini *libro VII. p.* 482. *ſequ.* & inprimis Aldus Mannuccius *in vita Coſmi*, qui poſtremus non modo *p.* 156. diadema Coſmo datum cum inſcriptione ſua:

PIUS. V. PONT. MAX. OB EXIMIAM. DILECTIONEM. AC. CATHOLICAE RELIGIONIS. ZELVM. PRAECLAR. Q. IVSTITIAE. STVDIVM. DONAVIT.

accuratius delineat, ſed bullam quoque Pontificis adfert *p.* 148 - 55.

o) Hoc Adriani narrat, & inter cauſas refert, quibus Imperator permotus magni Ducis titulum Coſmo denegant, Philippo II Hiſpaniarum Rege ad idem faciendum inducto *l. XXI. p.* 1520. C. Jo. Baptistam Cini *nella vita di Coſimo l. VIII. p.* 489.

p) Thuanus *l. XLIV. p.* 926. (*Pontificis factum*) *Cæſari graviſſimum fuit, quod ad illius & imperii haud dubiam injuriam pertinere exiſtimaretur. Itaque cum Coſmus poſtea regio Comitatu Romam veniſſet, ut ſolenni ritu inauguraretur IV. Non. Mart. qui dies peragendis ceremoniis dictus erat, Cæſar per oratores ſuos interceſſit, proteſtatione facta, quam & ſcripto comprehendit, & additis minis, ſi Pontifex ulterius in Imperii jura invaderet.* Simon Schardius *de geſtis ſub Maximiliano II. p.* 2443. *Pius V. Coſmo coronam benedictam imponit, - non tantum legato Cæſareo tunc, contra hunc actum in præſentia cardinalium, Moroni, Alexandrini, & Chieſſæ coram notario fruſtra proteſtante, ſed & Imperatore per ſpeciales legatos poſtea miſſos eam coronationem impugnante, utpote quæ fieret in præjudicium Romani Imperatoris, ſine cujus conſenſu & adprobatione Ducem Florentiæ ad hanc dignitatem evebere non liceret cum Florentia & Senæ - urbes inter cameras S. R. Imperii cenſeantur.* C. Gratianum *in vita Commendoni l. III. c. VIII. p.* 312. Scipionem Ammiratum *l. XXXV. p.* 549. Adriani *l. XX. p.* 1505. 1506. & Cini *l. VII. della vita di Coſimo p.* 484. Nomen Scipionis ab Arcu apud Natalem Comitem occurrit *l. XXVI. p.* 587. Proſperi apud Adrianum *l. XXI. p.* 1510. & Cinium *l. VII. p.* 484.

q) Adriani *l. XXI. p.* 1520. 22. *Il Imperadore volendo confermare il proteſto, che a Roma ne haveva fatto nell' atto della coronazione* (*di Coſimo*) *il ſuo Ambaſciadore, potendo forſe ſtimare alcuno, che lo haveſſe fatto ſenza commiſſione, - - in camera propria preſenti molti Ambaſciadori e l' Arci-Duca Ferdinando ſuo fratello, e ſuoi conſiglieri, & altri perſonaggi, ſi fece leggere ad un ſuo Segretario una ſcrittura, contenente, che havendo il Papa, non oſtante gli molti offici, che haveva fatto ſeco il ſuo Ambaſciadore, e col Duca di Firenze altreſi, che a quello atto non ſi veniſſe, voluto ad ogni modo procedere alla Coronazione, che tornando ciò in pregiudizio di quella Maeſtà, e dello Imperio, per eſſergli vaſallo il Duca di Firenze, ratificava e confermava quella proteſtazione, e dichiarava quello atto, che ne haveva voluto fare il Pontefice nullo, e* di

illud Pii factum tam ægre tuliſſe, ut res ſpectare ad arma videretur. r) Quid igitur bullam Pontificis crepas, s) plane ac ſi hujus judicio Germanorum jura ſtarent caderentque? Quid Pii teſtimonium

di cotale proteſtazione fece fare ſcrittura publica; Ne baſtandogli queſto, mandò a Roma due de' ſuoi Conſiglieri, che chiamano aulici, acciò confermaſſero il medeſimo avanti al Papa, & a i Cardinali. . . . . . Finalmente vennero a Roma quei due Ambaſciadori o Conſiglieri aulici, i quali dopo lo haver baciati i piedi al Papa, e renduta l'obedienza, domandarono di havere udienza in publico Conſiſtoro, per eſporre alcuna ambaſciata da Ceſare; ſi contentò il Papa, che in una larga congregazione di Cardinali, foſſero aſcoltati; i quali riceuutivi, parlando riverentemente, dopo alcune parole di corteſia diſſero. Che ſua Maeſtà Ceſarea non poteva non ſentir diſpiacere del pregiudizio, che la dignità e glionori conceduti al Duca di Firenze - - recavano all' autorità Imperiale, che ella teneva ſopra la Toſcana, e ſpecialmente ſopra la città di Firenze, per conſervazione della quale haveva commeſſo al ſuo Ambaſciadore, che nell' atto della coronazione ne faceſſe il proteſto, al quale vedendo non ci haver preſo ſpediente alcuno il Pontefice, nè potendoſi in ciò quietare, nè i Principi di Imperio atteſi, era conſtretta di nuovo con le perſone loro a rinovarlo, e preſentarono inſiemente una carta della annullazione di quello atto, che ne faceva l'Imperadore. Il Papa, udito queſto, domandò, che quel che havevano detto in voce, lo deſſero in iſcrittura, e ciò fatto, promiſe loro, che in breve ſe ne darebbe la riſpoſta, e gli licenziò. &c. Hocque ſupremum in Florentiam jus pluribus locis in eadem Adriani Hiſtoria conſtanter obtendit & urget Imperator, ut *l. XX. p.* 1506. *l. XXI. p.* 1508 9. 10. & apud Jo. Baptist. Cini *l. VII. p.* 484. *l. VIII. p.* 489. 492.

r) Natalis Comes *l. XXVI. p.* 587. *Indies timebatur ne fieret hoc negotium* (de magni Ducis titulo) *in Italia petra ſcandali. Cæſar enim cum arbitraretur, ſe jus habere in Florentinum principatum, ad cujus comprobationem afferebat Caroli quinti decreta, quæ facta fuerant Alexandro & Coſmo ſucceſſive Ducibus, viſus fuerat Pontifex falcem in alienam meſſem, ut ita dicam, intuliſſe, cui etiam apparebat Dux ille, tamquam ſubditus imperio princeps neque debere neque poſſe titulos in eum principatum niſi ab imperatoria manu accipere. . . His ita habitis periculoſum omnibus eſſe videbatur, ne quod in Italia bellorum excitaretur incendium, cum ob firmiſſimam Coſmi ſententiam, nolentis ſe ab eo titulo, ut expetebatur, ulla ratione abdicare, tum ob indignationem Cæſaris, qui decreverat omnino ſuam dignitatem retinere, ad quod quotidie ſermonibus etiam quorundam inflammabatur. Huc accedebat, quod Pontifex ex altera parte apparebat, & factum ratum habere, & velle exiſtimationem Apoſtolicæ ſedis defendere, unde ſuperioribus temporibus vel regii tituli manaſſent tam in liberos principes, quam ſubditos imperio.* Et Maximilianus poſtquam docuerat, illud Pontificis factum in detrimentum imperii vergere, ſubjungit; *Che i Signori Elettori, & altri Principi di Germania ne erano commoſſi, e che alla prima dieta da celebrarſi in breve a Spira, ſe ne farebbe riſentimento grande contro al Papa, e che potrebbe il fatto riuſcire di maniera, che ſe ne veniſſe all' armi. l. XXI. Hiſtoriæ* Adriani *p.* 1521. C. Jo. Baptistam Cini *l. VIII. vitæ Coſmi p.* 489. 505.

s) Bona fide adſcribam bullæ Pontificiæ verba, ex Aldi Mannuccii *vita Coſmi p.* 150. 51. *Attendentes, quod Coſmus univerſæ prope provinciæ Etruſcæ, imperſcrutabili Dei judicia ad ſummæ dignitatis poteſtatem, civium Florentinorum aſſenſu vocatus feliciſſime præſit ac dominetur. . . . Quod quamplures florentiſſimas urbes tam cathedralium, quam earum nonnullas metropoliticarum eccleſiarum dignitate inſignes, ac ſtudiorum generalium univerſitatibus ornatas, munitiſſimos portus, validiſſimas arces, loca tutiſſima, triremium claſſem paratam & inſtructam, & tam ad Tyrrheni ſui maris, quam etiam ad noſtræ oræ maritimæ tutelam habeat. Quod rerum omnium copia, ditionis amplitudine, locorum ubertate, continua vitæ felicitate, demumque gentis celebris admodum & opulentæ viribus firmiſſime ſubnixus vigeat . . Quod abſoluta poteſtate ratione liberi & directi dominii Florentini nemini ſit ſubjectus, ita ut juxta diſtinctionem piæ memoriæ Pelagii, ſimiliter Romani Pontificis, prædeceſſoris noſtri, uti Rex & magnus Dux ac princeps merito exſiſtat, & inter cæteros magnos Duces ac principes, re ipſa eſſe, cenſeri & connumerari poſſit ac debeat. Nos igitur tot ac tantis rationibus inducti . . . Coſmum Ducem*

nium opponis, in aliis capitibus & hujus ipſius cauſæ tractatione graviter & crebro t) hallucinati? Aut,

Ducem ejusque ſucceſſores pro tempore exſiſtentes Duces perpetuis futuris temporibus in magnos Duces & principes provinciæ Hetruriæ - - creamus &c. Alii ergo auctores dum eadem ſimiliaque verba habent, vel ex mente Pontificis loquuntur, vel nimio partium ſtudio abrepti, Florentinorum cauſæ ultra meritum favent. MANNUCCIUS v. g. *in vita Coſmi p.* 81. JO. BAPTISTA CINI *in vita ejusdem l. VII. p.* 482. 83. NATALIS COMES *l. XXI. p.* 455. GRATIANUS *in Commendoni vita c. l. p.* 314. ADRIANI *l. XX. p.* 1504. *l. XXI. p.* 1510. *l. XXII. p.* 6. qui poſtremus tamen *d. l. XXII. p.* 7. ingenue confitetur, Maximilianum Commendono, Pontificio nuntio, Florentinæ urbis libertatem allegantí, nequaquam temere credidiſſe, quod GRATIANUS etiam, obſcurius tamen, innuere videtur *l. c. p.* 319. Ubi ſimul opportune recordor in auguſta Bibliotheca Gvelpherbytana *volumine de rebus Italiæ III.* 78. 2. extare ſcriptum, nondum quod ſciam impreſſum, ſub tit. *Diſcorſo come meritamente ſi deve dare al figlivolo primogenito del Grand Duca di Fiorenza titolo di Gran Duca & Sereniſſimo:* in quo libello ad Franciſcum, Coſmi filium, directo, hæc & alia hujus furfuris argumenta, leviſſimi ſcilicet ponderis, ut expendentibus facile adparet, his fere verbis urgentur: *Havendo la republica Fiorentina, & li ſuoi Duchi ſempre havuto libertà a tempo di Papa Honorio compro per prezzo la libertà di Rodolpho Imperatore - li Fiorentini & altri s' hanno potuto eleggere un Prencipe, non obſtante, che da Carlo V. foſſe dato il titolo di Duca al Sereniſſimo Gran Duca noſtro, queſto fu fatto raggioni, & primo quello ſi fa à cautela, non pregiudica. II. lo confirmo Duca, accio non ſolo fuſſe chiamato Duca nelle ſue provincie, ma per tutto il mondo, III. lo confirmo Duca non per queſto li donno l' imperio, ma lo confirmo come Prencipe eletto della republica Fiorentina. IV. non vale la conſequenza, il Gran Duca ha havuto la dignità dall' Imperatore, adunque egli e ſuo ſubdito, perche tanti Rè Duchi & altri Potentati ricevonno telle dignità da ſua Santità, & non per quello li ſono ſubditi, che tanto piu fonditamente è ſtato collocato queſto grado di Gran Duca nel Sereniſſimo Gran Duca, Padre de voſtra Altezza Sereniſſima per ſigno reggia re l' altra città di Piſa, provincia regale della ſede Apoſtolica, quale fu già ſtabilita ſede Patriarchale, & fu di tanta potenza, & fu chiamata la prima città del mondo, la quale fu Sigre del regno di Sardegna & del regno di Corſica.*

t) Ecquis enim v. c. in illa Hiſtoriæ luce Commendono Cardinali Pontificis ad Maximilianum legato fidem habeat contendenti, Imperium a Papa ex oriente in occidentem translatum, Pipinum Zachariæ juſſu Francorum Regem factum, ſeptem-viros Pontificis auctoritate conſtitutos eſſe apud THUANUM *l. XLIV. p.* 926. quibus fere gemina GRATIANUS refert *in Commendoni vita l. III. c. VIII. p.* 318. Et quis porro non rideat, Florentinis ipſis hac noſtra ætate ridentibus, quis inquam non rideat ejusdem porpurati patris, vel ſimplicitatem vel impudentiam, Maximiliano ſapientiſſimo principi, adfectata quidem gravitate, ineptia tamen ac levitate multo majori imponere, & Florentinorum libertatem uno ſolo, eoque imbecilli & plane ſtramineo argumento his verbis perſvadere conantis: *Coſme pretend qu'il eſt libre, qu'il ne releve que de luy meme; que ſa ville de Florence s'eſt rachetée par une groſſe ſomme d' argent de toutes les dependances de l' Empire, qu'il a des lettres de Rodolphe, qui a elevé la maiſon d' Autriche a cette ſupreme grandeur ou elle ſe trouve, par les quelles il declare qu'il n' a plus aucun droit ſur cette ville*, teſtante GRATIANO *l. III. c. VIII. p.* 318. Vah! miſera libertas, quæ rationibus undique convaſatis, fictis tamen, aperte falſis, quin & a prudentioribus Florentinis dudum rejectis, dudum exploſis ceu fulcris certis ac firmis innititur. Tandem quis ADRIANO non indignetur *l. XXI. p.* 1520. in margine ſcribenti, Romanum Pontificem Cæſares confirmare, multo magis minores honoris ac dignitatis titulos conferendi jus habere. Incognitus vero auctor libelli tum conſcripti, huncque tamen non editi, omnes impudentiæ limites exceſſit, quod ut adpareat clarius, libellum ipſum utpote breviorem, ex auguſti bibliotheca Gvelpherbytana, & ſæpius laudati DN. Conſiliarii HERTELII benigna communicatione hic appono.

Diſcorſo ſopra l' auttorità del Papa, fatto in tempo, ch' il Papa Pio Quinto inſignì con titolo di gran Duca di Toſcana Coſmo de Medici.

Il Papa ſupremo Pontifice de Chriſtiani puo dare tutte le dignità Eccleſiaſtiche & ſecolari indiffe-

Aut, ſi admiſeris tabulam, quid demum officere putas chartam clauſula, quam ſic vocant, ſalutari muni-

rentemente, tanto à liberi romo à ſuggetti, di qual ſi voglia Principe.

Quanto al Ecrleſiaſtiche è coſa chiara, che il Papa ha fatto, & fa Cardinali & Veſcovi di diverſe nationi, vaſalli di diverſi Principi, ſenza altra licenza loro.

Quanto poi alle ſecolari, io dico, che li Re di Polonia & Portugallo furono elrtti dalli Pontifiri Romani, & li loro Signori, rhe prima erana Durhi furono creati & coronati Re dalli medeſimi.

Innocentio terzo creò in Roma Pietro Rè d'Aragona, & la moglie in S. Pancratio Corino Giovanni Re d' Inghilterra & d' Ibernia, liquali fecero pol cenſuali li detti Regni della ſede Apoſtolira.

Il Re dl Datia, de Bulgari, & altri infiniti furono rreati & coronati da Papi, come ſi vede nelli Regiſtri di Innorenzio terzo, Honorio terzo, & Gregorio nono che ſono in libraria Vaticana.

A. confirmatione di queſta auttorità del Papa, dico, ch' egli non ſolo crea & fa li Re, mà parimente li priva delle dignita & del Regno, como gia fece Innocentio terzo del Re dei Inghilterra.

Da queſta chiara reſolutione dell' auttorita del Papa ſopra li Re naſce ch' egli molto piu poſſa ingerirſi nelle coſe dell' Imperio come ſuoi & dependenti immediate della ſede Apoſtolira, & che cio ſia vero, diro, chiara coſa é rhe Gregorio V inſtitui il numero degli Elettori, & diede auttorità di eleggere gli Imperatori, & ſe bene non ſi ponno monſtrare li regiſtri authentici della Bolla aurea ch' egli fece ſopra di cio, io affatigato infinitamenta per trouar qualche chiarezza reſoluta, & coſi ritrouai molte patente originali; che molti Elettori antichi che expreſſamentè ronfeſſano d' haner queſta auttorità dal Papa, come ſi puol vedere in Caſtel Santo Angelo, nel teſoro & in tre libri intitolati, Privilegia Imperatorum, & in libraria Vaticana, che ſono li regiſtri di quanto ſi truova in Caſtel Sant Angelo, & coſi rhiaramente ſi monſtra rhe l' auttorità d' egli Elettori & la loro inſtitutione depende dalla ſanta Romana Chieſa, & par maggior chiarzza dico, che ſecondo l' occaſioni ſono ſtati privati gli Elettori da diverſi Papi, come gia fere Giouanni XXII & oltimamente Leone decimo priuò il Duca di Saſſonia; Poi Clemente VII. conualidò & defenſò che l' elettione di Carlo quinto fuſſe valida fatta ſenza il voto di Detta Dura, come ſi vede in un libro coperto di corarre roſſo intitolato: Capitulationes Principum in guarda robba di ſua Santità, & nelli Regiſtri ſcritti di Leone derimo & Clemente ſeptimo nell' Archivio di Camera Apoſtolica, appariſce aſſai piu chiaramente queſta auttorità, per che ſubito eletto il Re de Romani ò Imperatore, gli Elettori Scrivano al Papa per la confirmatione & piu volte non volendo ronſentire il Papa fu fatta nnova elettione, come ſi vede in detti libri conſiderati diligentiſſimamente, in altre ſi vede che il Rè de Romani ò Imperatore eletto, ſubito manda giuramento di fedeltà, obedienza & reverenza in mano del Papa, poi ſi vede in detti due libri & chiaramente appare che l' auttorità del Papa e ſuprema nell' Imperio, & ultimamente ſopra il giuramento del preſente Imperatore al tempo della Santa memoria di Pio quarto fù molto conteſo, per ch' egli voleua giurare ſolamente la riverenza.

Horà ſaria neceſſario vedere dl molte ſcritture, che narquero, in che tempo di molti valenti huomini, che forſe Saranno in mano di M. Ottaviano figliuolo di M. Reſtero Caſtal da Perugino.

Dico anrora che il Papa puo priuar l' Imperator eletto & confirmato, come ſi vede di Federiro nelli regiſtri d' Innocentio terzo, Honorio terzo, Gregorio nono, & del Baccaro nelli Regiſtri di Giouanni XXII. in libra Vaticana, ſopra la qual materia vennero d' Auignone infinite ſcritture rhe ſono nelle ſtanze del Signor Giro, lamo Bonelli in un ſacco azurro intitolato: De Schiſmaticis.

Vennero ancora d' Avignone circa 40 libri ſopra la ſchiſma d' Urbano ſeptimo fino a Martino quinto che fini in Conſtanza, doue ſonne molte coſe di Baldro Oldredo & altri ſopra l' auttorità del Papa reſpondendo all' Imperatore e altri Principi di quei tempi, ſarobbe anco molto à propoſito vedere tutta la negociatione della renontia dell' Imperio, che fece Carlo quinto in mano d' egli Elettori in favore di Ferdinando ſuo fratello, che al tempo di Paolo quarto fu molto travayliato & ſcritto da infiniti valenti huomini ſopra queſto caſo, ch' il Papa diceva rhe l' Imperatore non potrva renunciare in mano d' egli Elettori come ſuoi Inferiori, mà doveva farlo in mano del Papa, & coſi fu reſoluto,

Digitized by Google

muniam, u) *ſalva Imperatoris & Regum ſuperioritate, juriſdictione, ac quibusvis juribus reſpe-*

luto, in Cone' che l'Imperio vacaſſe & foſſe à deſpoſitione del Papa.

viri ac nobiles, Dominus Ramuldus de Granſiglaliis miles, Andreas Nerii de victoriis, Joanoſius Franciſci de Billiotis, Pierus Ebacciatini de Gerardinis, Pierus Jacobi de Paroncellis, Nicolaus Joannis Delbellatio, Franciſcus Lapi ſœderigſi, Ludovicus Guttii della Badeſca, Jacobus Domini Blaſii de Guaſconibus, & Bartholæmæus Nicolai Taldi, *cives honorabiles Florentini, & Domini decem officiales Baillia civitatis Florentiæ*, habentes ad infra ſcripta omnia & ſingula & alia ardua negotia, Communis, populi & civitatis Florentiæ, Bailliam, commiſſionem, & autoritatem à conſiliis opportunis, populi & communis dictæ civitatis Florentiæ, omnes prædicti Domini, & officia ſupra dicta, inſimul legitime congregati in palatio populi Florentini, in ſolita audientia Dominorum dictæ civitatis & Communis Florentiæ, & quodlibet & quilibet dictorum regiminum, dominationum, & officiorum ſuperius nominatorum, concorditer & unanimiter, collegialiter ſimul & ſeparatim, & quolibet modo & jure in ſolidum fecerunt, conſtituerunt & ordinaverunt, eorum & cujuslibet ipſorum & dictarum dominationum & officiorum, & civitatis & populi & Communis Florentiæ, Sindicos, Procuratores, actores, factores, Commiſſarios, & certos nuntios ſpeciales, & quicquid melius dici poteſt, egregium & inſignem militem Dominum Maſium de Albinis, & nobilem virum Bonacurſium de Pictis, cives Florentinos, ſpecialiter & nominatim ad petendum cum omni debita reverentia, ab Illuſtriſſimo & Glorioſiſſimo Principe & Domino noſtro, Domino Carolo, Dei gratia Francorum Rege, ligam & confœderationem, & quod ſua Majeſtas dignetur, Commune & populum civitatis Florentiæ ad ligam recipere, & inſuper ad faciendum & contrahendum cum eodem Domino Rege, ſeu ejus Commiſſariis ligam & confœderationem, & pacta & conventiones quaslibet, de, & ſuper quibuscumque guerris, exercitibus & gentibus armorum, & imprimis quibuscumque habendis, tenendis, mittendis & faciendis, & cum quibuscumque capitulis, de quibus cum dicto Domino Rege dicti Sindici, Procuratores & Mandatarii convenerint, & ipſam ligam, confœderationem, & pacta, & conventiones nomine dicti Communis, & dominorum & officiorum de Florentia, cujuslibet & Colligatorum dicti Communis, ſeu dicti Communis & *Dominorum & officiorum de Florentia* tantum, ut dictis Domino Maſio, & Bonacurſio videbitur faciendum in prædictis, & in quolibet prædictorum, omnes & ſingulas promiſſiones, ſtipulationes etiam pœnales, & obligationes, & declarationes, & juramenta, & cautelas quaslibet, de quibus, & prout dictis Domino Maſio & Bonacurſio videbitur, & generaliter omnia & ſingula faciendum in prædictis, & circa prædicta quod ipſi conſtituentes facere poſſent, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale, dantes & concedentes dicti conſtituentes dictis Sindicis, procuratoribus, & Mandatariis ſupra nominatis, in prædictis & quolibet prædictorum, & circa dependentia & connexa, plenum, liberum, & ſpeciale generaleque mandatum, cum plena, libera & generali adminiſtratione; Promittentes inſuper & convenientes dicti Conſtituentes, dictis modis & nominibus, mihi Vanni Notario infra ſcripto, ut publicæ perſonæ recipienti & ſtipulanti vice & nomine dicti Domini noſtri Regis Francorum, & omnium & aliorum ſingulorum, quorum poſſet quomodolibet intereſſe, ipſos conſtituentes, & *dominationes, & officia de Florentia* perpetuo firma & rata habituros, quæcumque in prædictis, & circa prædicta geſta fuerint per dictos Sindicos, procuratores, & mandatarios ſupra nominatos, ſub hypotheca & obligatione Communis & populi & civitatis Florentiæ, & dictorum conſtituentium, & dominationum, & cujuslibet ipſorum, & ſingularium perſonarum dictæ civitatis Florentiæ, & ejus Comitatus & diſtrictus, & bonorum & jurium dicti populi, Communis & civitatis, & ſingularium perſonarum, & cujuslibet eorum; Hoc tamen modificato, quod dictum mandatum duret & vigeat hinc ad per totum menſem Novembris proxime futurum, & non ultra: Mandantes per me, Vannem, Notarium infra ſcriptum, de prædictis fieri publicum inſtrumentum. Acta fuerunt omnia & ſingula ſupradicta in civitate Florentiæ, in Palatio populi Florentini, in audientia prædicta, præſentibus prudentibus viris Viviano Nerii de Florentia, *ſcriba reformationum & ordinamentorum populi & communis Florentiæ*, S. Benedicto, S. Laurentio Fortini, cive & Notario Florentino, & fratre Georgio Miti, *Camerario armorum dicti palatii*, teſtibus ad hæc rogatis & vocatis.

Et ego Vannes Stephani Vannis, civis & Notarius

tarius Florentinus, Imperiali auctoritate Judex ordinarius publicusque Notarius, ad hæc omnia adhibitus per prædictos Dominos & Conſtituentes prædictos, eorumque mandato ſcripſi & publicavi, ideoque me ſubſcripſi & ſignum meum ſolitum appoſui.

III.

Item ſequitur tenor inſtrumenti procuratorii & commiſſionis dictorum Procuratorum dicti Domini Regis:

In nomine Domini, Amen. Noverint univerſi & ſinguli, quod anno ab incarnatione ejuſdem Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſexto, indictione quinta, die vigeſima quinta menſis Septembis, pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Benedicti, divina providentia Papæ XIII. anno ſecundo, ſereniſſimus Princeps, Dominus noſter, Dominus Carolus, Dei gratia Francorum Rex, in mei Notarii infra ſcripti publici, propter hoc ſpecialiter in præſentia ſua accerſiti, & vocati, cum teſtibus infra ſcriptis, ſuos fecit, conſtituit, nominavit & elegit procuratores, Commiſſarios, & certos nuntios ſpeciales, nobiles & ſtrenuos milites, Dominos Guillelmum de Bordis, & Jacobum de Mommor, Gubernatorem Delphinatus Viennenſis, Cambellarios & Conſiliarios ipſius Domini noſtri Regis & pro ipſo cum inſigni milite, Domino Mario de Albinis, & nobili viro, Bonacurſio de Pictis, civibus Florentiæ, Ambasſiatoribus, Sindicis, Procuratoribus & ſpecialibus nuntiis nobilium virorum Priorum artium, & vexilliferi Juſtitiæ, populi & communis Florentiæ, ad hæc omnia & ſingula, & ad alia ardua negotia Communis, populi & Civitatis Florentiæ, bailliam, commiſſionem, & auctoritatem à conſiliis opportunis dictorum populi & communis habentium, prout per quoddam publicum inſtrumentum, ſub anno præſenti, & die ultimo menſis Junii ultime præteriti confectum, & ſigno ac ſubſcriptione diſcreti viri, Vannis, civis & Notarii Florentini, auctoritate Imperiali Judicis Ordinarii publicique ſignatum, poteſtatem dictorum Ambaſſiatorum & Procuratorum continens, mihi Notario publico conſtitit, ligas & confœderationes inter ipſum Dominum Regem ex una parte, & dictum Commune Florentiæ & colligatos ipſius Communis, vel ſolum cum dicto Communi ex altera, prout eis videbitur, de, & ſuper ligis, & confœderationibus prædictis, & de modis, pactis, & conventionibus ad hoc opportunis & neceſſariis conveniendum, ipſas quoque ligas & confœderationes, cum illis pactis, promiſſionibus, modis, conventionibus & obligationibus, de quibus dicti Procuratores, Ambaſſiatores partium invicem convenerint, firmandum & concludendum; Dans & concedens dictus Dominus noſter Rex, eisdem Procuratoribus ſuis plenam, generalem, liberam & abſolutam poteſtatem, & mandatum ſpeciale, præmiſſa, & generaliter omnia alia & ſingula faciendi & gerendi, quæ ad hoc, & circa prædicta, & eorum dependentia & connexa, neceſſaria viderint & quomodolibet opportuna, & quæ ipſe facere poſſet, ſi præſens intereſſet, etiamſi mandatum exigerent ſpeciale, ad hoc dictos Procuratores ſuos committens ſpecialiter & expreſſe. Promittens ipſe Dominus noſter Rex bona fide, Notario publico infra ſcripto, ut publicæ perſonæ recipienti & ſtipulanti, vice, & nomine, & ad opus dicti Communis Florentiæ & Colligatorum ſuorum, & omnium & ſingulorum aliorum, quorum intereſſe poterit in futurum, ſe ratum, gratum & firmum habere, quicquid per dictos procuratores ſuos in præmiſſis & circa præmiſſa geſtum fuerit & concluſum. Acta fuerunt hæc in *Domo Regia dicti Domini noſtri Regis prope Eccleſiam parochialem ſancti Pauli Pariſiis ſituata, in quadam Camera parlamenti*, præſentibus Illuſtriſſimis & potentibus Principibus & Dominis, Dominis Joanne Bituricenſi, Philippo Burgundiæ, & Ludovico, Borbonii Ducibus, ac magnifico viro, Domino Ernando de Corbeia, milite, Cancellario Franciæ, teſtibus ad præmiſſa vocatis.

Ego Joannes de Sanctis, Beluacenſis Diœceſis publicus apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius, quia dictorum Procuratorum conſtitutioni & commiſſioni, omnibusque & ſingulis ſupradictis, dum, ut præmittitur, agerentur & fierent, una cum prænominatis dominis teſtibus præſens fui, eaque ſic fieri vidi & audivi, præſens publicum inſtrumentum per me in notam receptum & inde confectum, quod per alium, cæteris occupatus negotiis, ſcribi & groſſari feci, publicavi & in hanc publicam formam redegi, hicque me ſubſcripſi in teſtimonium.

Nos Ambaſſiatores, Sindici & Procuratores prædicti,

Digitized by Google

prædicti, præſentes literas fieri & ſubſcribi per Notarios infra ſcriptos conceſſimus, & ſigillorum appenſione fecimus communiri. Datum & actum Pariſiis, in domo habitationis magnifici viri, Domini Ernaudi de Corbeia, Cancellarii Franciæ ſuperius nominati, & ſua præſentia, anno ab incarnatione Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſexto, indictione quinta, die vigeſima nona menſis Septembris. Præſentibus reverendis in Chriſto patribus, dominis, Simone Patriarcha Alexandrino, Nicolao Bajocenſi, Philippo Noviomenſi & Iterio Pictavenſi Epiſcopis, Magnificis & potentibus Dominis, Ameneo de Lebreto & Joanne Comite de Sacro Cæſare, ac ſtrenuis Militibus, Dominis Gaulchero de Paſſato, Guillelmo Buticulario & Amalrico de Ordeomonte, nec non ſapientibus & providis viris, Magiſtris Joanne de Viciuis, Roberto Cordelerio & Petro Blancheti, Magiſtris requæſtarum hoſpitii dicti Domini regis Conſiliariis ſuis, pluribusque aliis teſtibus ad præmiſſa vocatis.

Ego Vannes Stephani Vannis, civis & Notarius Florentinus, Imperiali auctoritate Judex ordinarius, publicusque Notarius, prædicta omnia recepta per me, & diſcretum virum, Magiſtrum Joannem de Sanctis, Notarium infra ſubſcriptum, una cum dictis teſtibus & Magiſtro Joanne audivi, & præſens fui, dum per partes prædictas agerentur & fierent, de earum mandato & conſenſu, & huic publico inſtrumento, quod per alium, aliis occupatus negotiis, ſcribi & groſſari feci, ipſum publicando me ſubſcripſi & ſignum meum appoſui requiſitus.

Et ego Joannes de Sanctis, Belnacenſis diœceſis publicus apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius, quia præmiſſis omnibus & ſingulis, dum, ut præmittitur, per partes prædictas agerentur, una cum dictis teſtibus & Notario ſupra ſcripto præſens fui, eaque fieri vidi & audivi, præſentibus literis, ſeu huic publico inſtrumento per alium ſcripto, propter ipſius Notarii, & mei occupationem, me ſubſcripſi, & ſignum meum appoſui, per ambas partes prædictas requiſitus.

Scellé de deux ſeaux pendans en parchemin.

IV.

Lettre des Florentins recherchans l'alliance & protection du Roi Charles VI. 1. Decembre 1396.

Lux ingens, ſplendorque ſuaviſſimus, Sereniſſime atque Glorioſiſſime Principum, toti noſtro populo, *quem non minus Regium, quam* a) *Florentinum univerſa ſemper agnovit & reputavit Italia*, nuper exortus eſt, legatorum noſtrorum ſcripto percepto, qualiter devotionis noſtræ ſupplicationes & vota, tam feciliter, tamque gratioſe veſtra ſublimitas exaudivit. Nam quamvis tali ſemper devotione fuerimus ad Illuſtriſſimum veſtrum culmen affecti, quod eidem nihil ulterius accedere poſſe ſine dubio ſentiremus; ſcimusque benevolentiam veſtræ clementiæ nunquam nobis, ſicuti nos nunquam favor inclytæ memoriæ progenitorum veſtrorum deſeruit aliquo tempore defuturam; maximum tamen & glorioſiſſimum reputamus, quod *devotio, quæ ſolum erat in affectione, conjuncta ſit in fœdere*; *Regaliſque benevolentia, quæ ſolum erat in habitu, ligæ conventionibus declarata ſit actu; Fuimus ſemper reverentia devotioneque totis affectibus Regii, nunc autem ſub veſtræ protectionis umbraculo ſinceris ſumus fœderibus aggregati*: Ut pudere debeat illos, qui in mendaciis & adinventionibus conſuetis, conati ſunt hoc naturale fidei dilectioniſque vinculum lacerare, nec pudori ſolum eſſe debet, quod factum eſt, his veteratoribus, ſed terrori; quoniam cum cogitaverint naturalia & occulta illa diſſolvere, nunc videant & omnia conventionibus ligæ ſupra vinculum annodaſſe, cujusque putaverint odio noſtro Majeſtatem veſtram fraudare, civitatique illudere Januenſi, per Dei gratiam adeo decepti ſunt, quod nos de devotis fœderatos habebunt, de civitate prædicta nominis & honoris regii vigiles & cuſtodes, ſed hæc hactenus. Nunc autem cum reverſio noſtrorum Oratorum plus quam oporteat, differatur, ipſis ulterius non expectatis, ligæ contractum ſolemniter, licet ſuperabundans fuerit, duximus approbandum, & hujus & aliarum ratificationum, quas facient colligati, publica documenta quanto ocyus fieri poterit, tranſmittemus, in quo ſi parumper temporis forſan effluxerit, non curet veſtra ſublimitas, quoniam viarum diſcrimina & itineris longitudo, dum ſecuritati conſulitur, dumque hiemis intemperie proficiſcendi celeritas impeditur, plus dilationis quam velim, etiam qui properant, adhibent. Quædam autem in partibus occurrentia ſcribent.

a) *Ob beneficia ſcilicet a Carolo Magno, & cæteris ex hac ſtirpe Imperatoribus accepta V. infra n. V.*

ſcribent. Majeſtatis Veſtræ faſtigio decem officiales Bailliæ noſtræ Communis, & ob id viſum nobis non eſt ea per noſtras literas explicare.

Datum Florentiæ die prima Decembris, quinta indictione, anno milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſexto.

Sereniſſimæ Majeſtatis Veſtræ Servitores.
Priores artium, & Vexillifer juſtitiæ populi & Communis Florentiæ.

V.

Lettre des Florentins ſur le traité de l'alliance & protection à eux accordée par le Roi Charles VI. du 30. Decembre 1396.

Redeuntes à ſublimitatis Veſtræ conſpectu, (Sereniſſime atque Glorioſiſſime Principum, metuendiſſime Domine, *noſtrique populi columen, Guelphorumque, hoc eſt Regiæ Majeſtatis Veſtræ ſequacium, ſpes & præſidium ſingulare)* noſtri Procuratores atque Legati, nobis incredibili cum lætitia noſtrarum mentium retulerunt, quanta cum benevolentia, ſerenitate, & benignitatis affectu per *veſtram ſupereminentiam* viſi fuerint, quam gratanter auditi, quam gratioſe & humaniter exauditi, quibusque ipſos profecuta fuerit honoribus Regalis magnificentia, noſtræ devotionis intuitu, ac quantum & qualem dilectionis & benevolentiæ animum, erga nos, & noſtrum populum, & in verborum dulcedine, & in petitorum exauditione, & in effectibus operum oſtendiſtis. Pro quibus quidem, glorioſiſſime Principum, non humanis, non tranſitoriis beneficiorum muneribus, ſed divinis potius & æternis, quid regali clementiæ debeamus; licet ſentiat noſtra devotio, nec intelligere poſſumus, nec proferre; tanta ſiquidem non menſura, ſed immenſitate, non ſolum omnia ſimul, ſed etiam ſingula ſtatum humanarum mentium antecellunt, quod veluti ſublime quoddam, inacceſſibile, immenſum & infinitum, nec comprehendi valeat, nec finiri, mortalisque intellectus viribus adæquari. Ecce quidem, clementiſſime Regum, cum noſtra fuiſſet devotionis integritas tot figmentis, totque mendaciis, quot ſcivit & potuit, qui veſtris obviare meliebatur inceptis, Vipera ſicut abundat aſtutia, cogitare, tot modis & veriſimilibus concinnata, quod facillime potuiſſet id alteri perſuadere, divina illa Serenitatis Veſtræ prudentia, noſtræ puritatis innocentiam, primò litteris, deinde vivæ vocis oraculo, non ſolum excuſatam habuit, ſed humaniſſime recognovit; Credimus equidem adeo præter ſolitum, imo contra naturam veſtræ clementiæ viſum eſſe, quod *populus Florentinus, imo Regius, (majorum ſiquidem veſtrorum opificium & conſervatio ſumus,)* quidquam contra veſtram celſitudinem cogitaret, quod ſicuti durum vobis fuit criminationi cedere, ſic facillimum atque gratum noſtram innocentiam comperire; Maxima quidem rebus fides adhibetur & demitur ex qualitate & convenientia perſonarum, de quibus, quicquid malitioſe confingitur, rebus etiam non diſcuſſis veritas quodam quaſi modo ſentitur, nec ſatis fuit veritati noſtrarum excuſationum cedere, ſed etiam, quod loco maximi muneris nobis fuit, quod de regno veſtro, pro defenſione noſtræ libertatis, gentes, & gentium ducem potentiſſimum conceſſiſtis, adjiciendo, quod plus quam maximum eſt, quod *Regale vexillum, quo ſemper ab inclyta memoriæ, Karolo Magno, progenitore Veſtræ Majeſtatis & ſanguinis uſi fuimus*, beneficio & conceſſione veſtra poſſemus erigere, & puri veſtri ſervitores & filii, pura lilia contra duplicis cordis & linguæ virum, qui viperis venenoſis lilia ſacra permiſcuit, objectare; Nec ſatis hæc fuerunt benevolentiæ veſtræ zelo, ſed veluti res veſtri culminis ageretur, pro conſervatione noſtræ libertatis & ſtatus, more majorum veſtrorum, qui nunquam nos ab aliquo peſſumdari paſſi ſunt, omnem veſtram potentiam obtuliſtis; nihil plane tot beneficiis adjici poſſe, benignitatis Veſtræ magnitudinem ignorantibus videretur, ſed ecce, quod ſupremum, & omnium maximorum maximum eſt, quod offerendo protulit veſtra benignitas, fœderibus & colligatione firmavit, ut quod prius erat liberum de voluntate ſpontanea, nunc ex obligationis nexu fit in debiti naturam & formulam commutatum, *quique prius eramus devotione ſervitores & filii, fœdere ſumus, quod cum humilitate dictum ſit, in ſocietatem* (ſic enim voluit veſtra benignitas) *tantæ Majeſtatis adſciti.* Quis ergo tantæ clementiæ & humanitati gratias factis referat, vel etiam verbis agat? Deficimus plane, Glorioſiſſime Princeps, cum ad iſta reſpicimus, nosque in tantarum rerum retributione deficere videmus, habebimus tamen perpetuas gratias, nec ulla dies unquam tot beneficiorum immemores arguet vel ingratos, præſtabimus, quod in nobis eſt, devotionem & fidem,

& fidem, & ſi non poterimus uſui fore, conabimur ſaltem inutiles nunquam eſſe. Quid autem poſt hujus ligæ famam publicationemque ſucceſſerit, breviſſime referemus, ut cognito ſtatu rerum poſſit *amplitudo veſtra* tam honori ſuo conſulere, quam, ne perdatur bene rei gerendæ facultas, & occaſio, prævidere.

Principio quidem opera noſtra factum eſt, *ut Domini Eſtenſis, Paduanus, Modenanus, & Mantuanus Marchiones, hanc ligam & fœdera comprobarint*, nec non & *magnifici noſtri fratres, Bononienſes*, noſtrum, qui more id fecimus, & aliorum exemplum ratificatione legitima ſequerentur. *Quanto vero furiarum æſtu Mediolanenſis Dux exarſerit*, non poſſet literis explicari, & ob id hoc referendum vivæ vocis officio per Oratores, quos jam elegimus, reſervamus; Verum hoc tantiſper & ſub compendio ſubjungemus, quod tam ipſe corruptæ mentis, & de ſua ſalute deſperans, & Papam, *& Imperatoriam celſitudinem*, & quidquid poteſt humanum divinumque nititur commovere; Quin etiam ad civitatem Piſanam, quæ nobis eſt contermina, ſibique ſummæ dilectionis vinculis nexa, omnem ſuam potentiam congregavit. Illic quidem Comes Albericus, ſuarum gentium Capitaneus generalis, illic Comes Joannes de Guino, Paulusque Sabellus, illic Theſaurarius ejus, Dominus Nicholetus de diverſis, illic ſupremus ejus Conſiliarius, Octolinus de Mandello, illic etiam Dominus Broliæ Paulus Urſinus, Dominus Octobonus tertius Circholinus de Nuchilotis maximi ſocietatum Duces, adſciti de partibus patrimonii Sancti Petri, in Tuſcia congregantur, & tantus eſt gentium apparatus, quod, ſicuti veriſſima relatione ſentimus, tentaturi ſint fines noſtros bello, minenturque ſeſe ad uſque civitatis noſtræ mœnia progreſſuros, expectaturi quod veſtræ Serenitatis auxilia de Franciæ partibus evocemus, quibus noſter populus debeat ſe tueri. Nos autem e contra noſtram ſimiliter potentiam præparamus, non ſolum viriliter reſtituri gentibus præfatis in Tuſcia, ſed ipſum, ne quietus nobis bellum inferat, aggreſſuri taliter quod nos ſentiat in Lombardia. Verum, invictiſſime Princeps, tametſi ſpem geramus in Domino, qui juſtitiam noſtram novit, nec non & de bonis tantum aſſumamus fiduciæ, quod alias eum experti ſuos conatus oppoſitis noſtris viribus elidemus, ſumma tamen tam ſpei, quam rei, poſt Deum, eſt in potentia fortiſſima veſtræ glorioſiſſimæ Majeſtatis, quæ ſibi tam potenter de tot partibus - - - Dignetur igitur veſtra ſublimitas, in cujus injuriam hæc nobis, ſicuti cernitis, inferuntur, conſiderare ſtatum rerum, nec novi temporis indulgentiam expectare, ſed in iſto principio taliter ipſum, qui ſolum in tarditate veſtra ſperat, tamque celeriter deterrere, quod antequam cogitet, invadatur, quod ſi fiat, tota belli moles in fines ſuos & in oculis ejus reducetur, & ſine cunctatione dabitur in ruinam. Tota vis hujus rei eſt in celeritate & fide, ut ſine temporis intercapedine res agantur, talesque transmittendis gentibus præponantur, quorum ingentem habetis copiam, qui nec aures blanditiis porrigant, & honorem veſtræ Serenitatis etiam vitæ propriæ non poſtponant, ſciantque peſſimas artes ſuas, quibus impedire veſtra cœpta tentabit, virtute atque prudentia præcavere. Neceſſarium autem eſt, quod Serenitas veſtra ſcribat Gubernatoribus veſtræ civitatis Januæ, quod tam Piſanis quam dicto Comiti mare reddant infeſtum, & in favorem noſtrum ſicut expedit, operentur. Hæc tamen & alia *decem officiales Bailliæ noſtri Communis, qui rebus bellicis præfecti ſunt*, & multas rerum copias intimabunt. Cæterum prudentiſſimus vir Dominus Gunterus de Collis, veſtræ Majeſtatis Secretarius & Orator, omnia plane vidit, cunctaque fideliſſime referet viva voce. Datum Florentiæ, die trigeſima Decembris, quinta indictione, anno milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſexto.

Sereniſſimæ Majeſtatis veſtræ devotiſſimi Servitores.

Priores artium & Vexillifer juſtitiæ populi & Communis Florentiæ.

Subſcriptio ambarum literarum prædictarum talis eſt:

Sereniſſimo atque Glorioſiſſimo Principum & metuendiſſimo Domino Carolo Dei gratia inclito Francorum Regi, ſinguläriſſimo & benigniſſimo Domino.

VI.

Acte des conventions & Capitulations accordees entre le Roi Loüis douze & les Florentins du 20. Mars 1508.

In DEI nomine Amen. Anno Domini noſtri JEſu Chriſti, ab ejus ſalutifera incarnatione milleſimo

Digitized by Google

leſimo quingenteſimo octavo, Indictione duodecima, & die *vigeſima menſis Martii ſecundum morem & curſum Florentinorum*, tempore Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini, Domini Julii, divina providentia papæ ſecundi, anno ſexto ſui Pontificatus, actum in palatio Dominationis Florentiæ, & in ſala hiemali dicti palatii, præſentibus teſtibus ad infra ſcripta omnia & ſingula vocatis, habitis & rogatis, videlicet Domino Marcello Virgilio, primo Secretario & Cancellario *magnificæ & excelſæ Dominationis Florentinæ*. Franciſco Octaviani de Aretio, *Cancellario reformationum populi & Communis Florentiæ*, & Antonio Joannis della Valle, Notario & cive Florentino. Pateat omnibus evidenter, & ſit notum, qualiter *magnifici & excelſi Domini*, Domini Priores libertatis, & vexillifer juſtitiæ perpetuus populi Florentini, *una cum eorum venerabilibus collegis, & ſpectabilibus Decemviris libertatis & pacis & Conſiliariis conſilii octaginta virorum* civitatis Florentiæ, ſimul in ſufficienti numero in ſala prædicta more ſolito congregatis, in quibus, & penes quos reſidet, & eſt ex lege auctoritas a populo Florentino infra ſcripta faciendi, viſa, audita, & intellecta infra ſcripta capitulatione, conventione & concordia, cum infra ſcriptis ſubſcriptionibus infra ſcripti tenoris & continentiæ, videlicet: *Capitula* & conventiones inter Chriſtianiſſimum Regem Franciæ Ludovicum, & excelſam rempublicam Florentinam inita, per magnificos viros, Joannem Thomæ de Rodulphis, & Alexandrum Franciſci de Naſis, cives & Oratores dictæ Reipublicæ.

Cum ſit quod inter Chriſtianiſſimam Majeſtatem Regiam Francorum, Ludovicum &c. & Catholicam Majeſtatem Regiam Arragoniæ Ferdinandum &c. & excelſam rempublicam Florentinam fuerit facta quædam conventio & confœderatio; & cum poſtea inter præfatam Chriſtianiſſimam Majeſtatem & dictam rempublicam ſic actum fuerit, ut dictæ Majeſtati dederit intentionem, ut patefecit dictis Oratoribus benefaciendi dictæ Reipublicæ, hinc eſt quod dicta reſpublica venit cum dicta Majeſtate ad infra ſcriptam capitulationem, conventionem & concordiam:

I.

Imprimis præfata Chriſtianiſſima Majeſtas regia Francorum Ludovicus &c. ex nunc de novo recipit civitatem & Dominium Florentiarum, præſentem ſtatum, ejus libertatem, ſubditos, loca, terras & bona præſentia & futura in ſuam bonam gratiam, & in fide regia promittit illa cum omnibus ſtatu, dominio ac juribus conſervare, protegere ac defendere, contra quoſcunque, ſine aliqua exceptione, volentes quocunque jure & cauſſa illam, ejus ſtatum, Dominium, libertatem & bona moleſtare, vel inquietare, directe vel indirecte, promittens etiam venire ad arma, & omnia opportuna remedia ſuis impenſis pro tali defenſione; *Ad quam tamen defenſionem cum armis, & ſuis impenſis, non intelligatur obligari dicta Majeſtas Chriſtianiſſima ultra tres annos proxime ſecuturos*, incipiendos hac præſenti die & ut ſequitur faciendam.

II.

Idem præfata *Chriſtianiſſima Majeſtas promittit, quod dicta reſpublica Florentina non impedietur in recuperatione civitatis Piſarum, neque ei prohibebitur per nominationem factam vel fiendam de Piſanis in pace nuper inita & firmata per dictam Chriſtianiſſimam Majeſtatem cum Rege Romanorum*, vel per aliam aliquam cauſſam, quin poſſit recuperare dictam civitatem Piſarum, etiam proſequi eam cum armis, & prout ſibi commodum fuerit.

III.

Item è converſo præfata *reſpublica Florentina promittit ſolvere præfatæ Chriſtianiſſimæ Majeſtati quinquaginta millia ſcutorum de auro* in aurum de ſole hoc modo, in villa Lugduni in prioribus nundinis reſurrectionis, ſecundam quartam partem in nundinis Auguſti, tertiam quartam partem in nundinis omnium Sanctorum, & ultimam quartam partem in nundinis apparitionis, ad quarum ſolutionum obſervantiam, oratores præfatæ Reipublicæ hic præſentes, virtute eorum mandati dictam rempublicam, & totum dictum populum & commune Florentiæ, & omnia ejus bona præſentia & futura obligant, & conſentiunt, ut in defectu dictarum ſolutionum poſſint conſtringi & legitime terminis elapſis, ut præfertur, cujuslibet ſolutionis ubicunque compelli, *cum hac tamen conditione expreſſe declarata, quod præfata Chriſtianiſſima Majeſtas teneatur, cum fiet ſolutio dictarum ſummarum, dare & præſtare*

dicta Reip. vel ſolventibus pro ea cautiones ſufficientes reddendi ſemper prædictam quantitatem & ſummas, caſu quo dicta reſpublica non recuperaret civitatem Piſarum intra ipſum terminum unius anni, ab hac præſente die proxime futuri.

IV.

Item *quod caſu quo dicta Chriſtianiſſima Majeſtas requiſita ſuper præmiſſis ea quæ continentur in præſenti Capitulo, ut ſupra, non obſervaret, eo caſu, quod dicta reſpublica ſit libera ab omni promiſſione & obligatione ſupra* ſcriptis in eo, quod reſtaret, omni dolo & fraude aſſantibus.

V.

Item prædicti Oratores dictæ reipublicæ promittunt approbari, ratificari & confirmari facere per ſupradictam Rempublicam omnia & ſingula infra unum menſem proxime futurum.

Actum in Curia Bituricenſi, decima tertia menſis Martii, anno milleſimo quingenteſimo octavo.

Loys.

Joannes Rodolphus Orator Florentinus.
Alexander Naſius, Orator Florentinus.
Robertet.

Et omnibus & ſingulis capitulis & pactis, promiſſis, factis & geſtis & in dicto inſtrumento contentis, affirmantes ſe de prædictis & quolibet eorum plenam habere notitiam & informationem, ex eorum certa ſcientia & non per errorem, miſſo, facto & ſolemniter & legitime *celebrato ſolemni & ſecreto ſcrutinio inter eos*, ut ſupra, collegialiter congregatos, *ad fabas nigras & albas, ut moris eſt*, illoque obtento, ſolemniter, & legitime, & ſecundum ordinem Communis Florentiæ, & omni meliori modo, via, jure & forma, quibus magis, melius & efficacius potuerunt & poſſunt, dictam ſupraſcriptam conventionem confœderationem, capitula & pacta, & ejus inſtrumentum prædictum, & omnia & ſingula in ea, eo & eis contenta, & vice & nomine excelſæ reipublicæ Florentinæ promiſſa, recepta, facta & geſta in prædictis & circa prædicta ratificaverunt, approbaverunt, confirmaverunt, omologaverunt, rataque & grata atque accepta habuerunt, in omnibus & per omnia, pro omnibus & ſingulis, & quoad omnes, & omnia & ſingula, & prout & ſicut ibidem continetur, convenerunt, ut ſcriptum eſt, rogantes me Antonium Veſpucium Cancellarium & Notarium de prædictis publicum conficerem inſtrumentum, unum ſeu plura.

Ego Antonius olim S. Anaſtaſii S. Amerigi de Veſpucciis Imperiali auctoritate Judex ordinarius Notariuſque publicus & civis Florentinus, nec non *Cancellarius extractorum officiorum populi & Communis Florentiæ* prædictis omnibus & ſingulis, dum ſic agebantur, interfui, eaque rogatus ſcribere, ſcripſi, rogavi & publicavi, & in hanc pablicam formam redegi, & in fidem præmiſſorum me ſubſcripſi & ſolito meo ſigno ſignavi, nec non *ſigilli magni & parvi dominationis Florentinæ impreſſione* muniri feci.

Scellé de deux ſeaux appliqués ſur le parchemin.

VII.

Acte par lequel la Republique de Florence donne à Monſieur de Boucieault au nom du Roi un Courſier, qu'elle lui devoit pour chacun an pour le territoire de Piſe. 1407.

In nomine Domini, Amen. Cum vigore cujusdam promiſſionis factæ per egregios & nobiles viros, Dominos Bartholomæum de Populeſchis, legum Doctorem, Ginum Nerii de Caponibus, & certos alios eorum collegas, cives Florentinos, Sindicos & Sindicario nomine magnifici Communis Florentiæ, Illuſtri & magnifico Domino, Joanni le Meingre, dicto Poucicaut, Mareſcallo Franciæ, Locumtenenti Regio, & Januenſium Gubernatori pro Sereniſſimo rege Francorum, dictum Commune Florentiæ teneatur dare dicto Sereniſſimo Domino Regi Francorum ſive ejus Locumtenenti, aut mandatario Januæ exiſtenti, *unum equum curſorium, ſeu dextrarium quolibet anno pro civitate Piſana*, & ejus territorio duntaxat in recognitionem devotionis & fidei dicto Sereniſſimo Regi, ſicut in inſtrumento ſuper hoc & aliis facto & confecto anno milleſimo quadringenteſimo quinto, die vigeſima octava menſis Auguſti per Ser. Petrum Angelicionis Notarium Florentinum & Lazarum de Maneſcharchis Notarium Januenſem ſerioſius continetur, vir nobilis Scander Ligii de quarateſibus Civis Florentinus Sindicus, ut aſſerit, ad hæc ſpecialiter conſtitutus & Sindicario nomine dicti magnifici Communis Floren-

Florentiæ, & ejus vice & nomine, de cujus mandato & Sindicatu apparere aſſerit publico inſtrumento, ſcripto manu Pauli Ulcebenis Notarii Florentini hoc præſenti anno die vigeſima quarta Septembris, traditis primo per eum dicto Illuſtri Domino Locumtenenti literis clauſis & ſigillatis, eidem Domino Locumtenenti directis, per magnificos Dominos, Priores artium, & vexilliferum juſtitiæ populi & communis Florentiæ, quorum tenor talis eſt: Illuſtri & magnifico Domino, Domino Joanni Lemeingre, dicto Boucicault, Mareſchallo Franciæ, Locumtenenti Regio & Januæ Gubernatori *fratri & amico noſtro chariſſimo.* Illuſtris ac Magnifice Domine, *frater & amice chariſſime*, quoniam ab his, qui noſtræ Reipublicæ Gubernacula tenuerunt, diligentiſſime ſemper obſervatum fuit, ut fidem omniaque, quæ publica auctoritate promiſſa eſſent, integerrime ſervarent, nos, qui ſingulari cura hanc ſervandæ fidei virtutem à majoribus noſtris acceptam ſequi ſtudemus, cum recordemur, *quod inter fœdera, quæ in conceſſione civitatis Piſanæ nobis facta nobiſcum percuſſimus, illud ineſt, ut quotannis glorioſiſſimo Francorum Regi, aut cuicumque ejus vicem gerenti Januæ vel alibi, equum inſignem præſtaremus*, ſtatuimus illud exequi, ad quod faciendum nos aſtrinximus. Qua propter per noſtrum Reipublicæ Sindicum, equum præſtantem forma, ad magnitudinem veſtram, ut ad regium Locumtenentem mittimus, ut hoc devotionis & fidei, quam pro conceſſione Piſarum, adverſus invictiſſimum regem Francorum gerere debemus, ſemperque dum nobis permittetur, habebimus, teſtimonium ſit manifeſtiſſimum.

Datum Florentiæ die vigeſima ſexta Septembris 1406. indictione prima.

Priores artium & Vexillifer juſtitiæ populi & Communis Florentiæ.

Dedit pro primo præſenti anno, dicto Illuſtri Domino Joanni, tanquam Locumtenenti regio, in executione dictæ promiſſionis, unum pulchrum equum curſorium, pili ceardi rotati, ſicut per dictos magnificos Dominos, Priores artium, & vexilliferum juſtitiæ, mandatum eidem Andreæ fuiſſe aſſerit, per literas dicto Illuſtri Domino Locumtenenti exhibitas & oſtenſas per ipſum Andream, continentiæ ſubſequentis: Nobilibus viris Sandro Ligii de Quaratenſibus in civitate Januæ civibus noſtris, chariſſimi Priores artium & vexillifer juſtitiæ populi & Communis Florentiæ, dilectiſſimi noſtri. Perche per la conceſſione a noi fatta della Citta di Piſa dal Ré di Franza, noi ſiamo obligati a dar ogni anno, al detto Ré, o a ſuo Commiſſario, overo Luogho tenente, uno Corſiere overo deſtriero, per tanto habbiamo eletti noſtri Sindichi, a repreſentare il detto Cavallo tutti inſieme, & ognuno di voi en tutto, & per tanto vogliamo & commandiami che voi repreſentate il ditto cavallo coſci, in vice & nome del commune in quello modo, e in quella forma che vedere pago lo del volta el quale mandiamo coſta proprio per queſta facenda. Datum Florentiæ die vigeſima ſexta Septembris milleſimo quadringenteſimo ſeptimo, indictione prima.

Dictus vero Illuſtris Dominus *regius locumtenens, dicens, quod de recipiendo, aut reſutando, & non recipiendo equum ipſum, nullam commiſſionem habet à dicto Sereniſſimo Rege Francorum, dictum equum nomine regio recepit, ſub proteſtatione tamen, quod ſi dictus Sereniſſimus Rex Francorum declarabit dictam equi receptionem non eſſe ſibi gratam vel acceptam, aut ipſam reſutabit; Tunc & eo caſu dicta equi receptio per dictum Dominum Locumtenentem nomine regio, ut præmittitur, facta pro non facta & nulla habeatur*, & dicto caſu adveniente promiſit dictus Dominus Locumtenens dicto Sandro præſenti & ſindicario nomine recipienti dictum equum reſtituere dicto Communi Florentiæ, *dicens, quod dictum equum bene gubernari & nutriri faciet, donec ſuper dicto facto voluntatem ſciverit ejuſdem Sereniſſimi Domini Regis*, quid facturus, & notitiam de prædictis, de quibus omnibus dicti Illuſtres Dominus Locumtenens, & Sander rogaverunt & mandaverunt, per nos, Julianum Panicarium Notarium & Communis Januæ Cancellarium, & Paulum Voltebonis, Notarium Florentinum & utrumque noſtrûm in ſolidum ſieri præſens publicum inſtrumentum in teſtimonium veritatis. Actum Januæ in platea palatii Communis Januæ dicti Domini Locumtenentis Regii reſidentiæ, anno Dominicæ nativitatis milleſimo quadringenteſimo ſeptimo, *indictione decima quinta, ſecundum curſum Januæ*, & anno incarnationis Domini noſtri JEſu Chriſti 1407. *Indictione prima ſecundum morem Florentinorum*, die ſexta Octobris

bris hora tertiarum, præſentibus teſtibus Reverendis in Chriſto patribus, Dominis Petro Meldenſi, Petro Cameracenſi, Guillelmo Embroicenſi Epiſcopis, Legatis & Conſiliariis dicti Sereniſſimi Domini noſtri Regis, Dominis Roberto de Milli & Hugone Choleti, militibus Francigenis, Domino Antonio Juſtiniano milite Januenſi, Domino Hugone de Grimaldis legum datore, Joanne Centurione quodam Roth & Coſma Tarigo, civibus Januæ ad hoc vocatis & rogatis.

Julianus Panicarius Imperiali auctoritate Notarius & Communis Januæ Cancellarius prædictis omnibus interfui, & rogatus una cum dicto Paulo Notario, de iis præſens publicum inſtrumentum compoſui, quod per alium feci extrahi, aliis occupatus.

Sphalmata,

Quæ irrepſerunt bene multa, & ſenſum haud raro turbant, auctori a loco impreſſionis remotiori non imputabit lector. Exſtantiora hæc ſunt:

Pag. 3. in notis ſub b. lin. 7. pro *abiciendum* lege *abjiciendum*. P. 4. in notis ſub f. lin. 8. poſt *ſequ.* dele *C.* P. 7. in notis ſub p. lin. 17. dele *inſtrumentum*. P. 8. in notis ſub e. lin. 3. pro *Adesmus* l. *Adelmus*. Lin. 9. pro *adnotationes* l. *adnotationibus*. Sub f. lin. 3. pro *tece* l. *ſece*. Pro *vitta* l. *citta*. P. 9. lin. 5. pro *Epiſcopales* l. *Epiſcopalis*. P. 12. lin. 8. poſt *imperiales* dele & lin. 9. pro *majori* l. *majora*. P. 13. ſub c. lin. 22. pro *de* l. *De*. Lin. 23. pro *Acthænſi* l. *Althænſi*. Sub f. lin. 14. poſt *Octobris* l. *C*. Lin. 16. poſt 93. dele *C*. Lin. 17. pro *Medislenenſium* l. *Mediolanenſium*. Pro *c. I.* l. *c. L.* Sub litt. h. lin. 4. ſeq. Epitaphium Dantis per modum carminis, ut debebat, non eſt exſcriptum, quod hic monuiſſe ſufficiat. P. 14. lin. 5. pro *rediri* l. *redigi*. Sub h. lin. 10. pro *paterni* l. *patrem*. Lin. 14. pro *ipſa* l. *ipſo*. Lin. 16. pro *Antiquitati* l. *Antiquitat*. P. 15. ſub m. lin. 2. pro *urbani* l. *Urbani*. P. 16. lin. 1. pro *inveſtituit* l. *inveſtivit*. P. 17. ſub s. lin. 3. poſt *Edmundum* dele, P. 18. ſub z. lin. 4. pro *erant* l. *orant*. P. 19. l. 1. pro *tuturam* l. *futuram*. P. 21. lin. 2. pro *Florentinorum* l. *Florentinarum*. Pro *relinquere ſic*, lege *relinquere, ſic*. P. 22. ſub d. lin. 13. pro *per* l. &. P. 23. lin. 4. pro *ſerenum* l. *ſeverum*. P. 24. ſub f. lin. 11. pro *delicti* l. *delicto*. Lin. 21. pro *ſe* l. *de* l. 31. pro *placere* l. *placare*. P. 26 ſub f. lin. 11. pro *domini* l. *dominii*. P. 27. ſub h. lin. 8. pro *teducito* l. *reducito*. P. 32. lin. 3. pro *antiqua* l. *antiquo*. P. 32. ſub h. lin. 8. pro *infirmum eſſe*, l. *infirmum eſt, eſſe*. Lin. ultima pro *ſopporte rebbe* l. *ſopporterebbe*. P. 33. lin. 5. pro *curato* l. *jurato*. P. 33. ſub h. lin. 1. pro *Clemui* l. *Ciompi*. Sub i. lin. 2. pro *viciſi* l. *ucciſi*. Pro *ſolto* l. *ſotto*. Lin. antepenultima pro *imperio* l. *imperii*. Pro 35. ſub m. lin. 19. pro *Vernona* l. *Veronæ*. P. 36. ſub. n. lin 34. pro *voluerunt* l. *voluerint*. Lin. 2. pro *Thurino* l. *Thuano*. P. 37. ſub o. lin. 36. ante *Aldum* l. *C*. P. 39. ſub e. lin. 11. pro *riſolvero no* l. *riſolverono*. 31. pro *crearo no* l. *crearono*. Lin. vet. pro *netta* l. *nella*. P. 40. ſub g. lin. 11. pro *falto* l. *fatto*. P. 46. ſub l. lin. 9. pro *liloghi* l. *luoghi*. Lin. 25. pro *monuiſſe* l. *moviſſe* P. 47. ſub o. lin. 3. pro *denegant* l. *denegarit*. Sub g. lin. 3. pro *alto* l. *atto*. P. 48. ſub g. lin. 6. pro *dono* l. *dopo*. P. 49. ſub s. lin. antepen. pro *reggia re* l. *reggiare*. P. 50. ſub t. lin. 21. poſt A. del. punctum. lin. 32. pro *infinitamenta* l. *infinitamente*. Lin. 33. pro *patente* l. *patenti*. Lin. 3. columna b. pro *Detta* l. *detta*. Lin. 9. pro *Scrivano* l. *ſcrivano*. lin. 24. pro *Saranno* l. *ſaranno*. Lin. 32. pro *libra* l. *libraria*. Lin. 44. pro *travayliato* l. *travagliato*. P. 51. in not. lin. 1. pro *Conc'* l *Concilio*. Lin. 20. & 22. pro *nas ce* l. *naſce*. Lin. 32. pro *Sacrà* l. *ſacrà*. Colum. b. lin. 2. *pro badatto* l. *ha datto*. Lin. 14. pro *neceſſerio* l. *neceſſario*. P. 52. ſub u. lin. 1. pro *vialare* l. *violare*. Lin. 8. pro *Daca* l. *Duca*. Lin. 10. *faveva* l. *faceva*. Lin. 19. pro *Paptiſtam* l. *Baptiſtam*. Lin. 27. pro *ciaſun* l. *ciaſcum* ſub y. lin. 2. pro *Felechierio* l. *Flechierio*. Lin. 8. pro *avolt* l. *auvit*. P. 53. col. b. ſub bb. lin. 17. pro *eitiam* l. *etiam*. Lin. 33. pro *meuerant* l. *mouerant*. P. 54. ſub dd. lin. 7. pro *Alphoſum* l. *Alphonſum*. P. 55. col. b. ſub ee lin. 7. pro *bregava* l. *pregava*. Sub ff. lin. 2. pro *Florentina* l. *Florentino*. Lin. 3. pro *Jll* l. *Jl*. ſub gg. lin. 2. pro *pro poſta* l. *propoſta*. P. 56. in append. col. a. lin. 2. pro *cher* l. *chez*. Lin. 3. pro *Arnaulo* l. *Arnauld*. P. 57. col. 8. lin. 14. pro *Pordis* l. *Bordis*. P. 58. col. b. lin. 2 pro *Paſſanum* l. *Baſſanum*. Lin. 4. pro *Iliſtlia* l. *Iliſilia*. P. 60. col. a. lin. 4. pro *Paroncellis* l. *Baroncellis*. P. 63. col. a. lin. 42. pro *mondaciis* l. *mendaciis*. Lin. 43. pro *meliebatur* l. *moliebatur*. P. 64. col. b. lin. 44. pro *doure* l. *douze*. In dedicatione circa finem pro *ſulgendiſſima* l. *ſulgentiſſima*.

XVII
E
40
A 01 1457324

Digitized by Google

Digitized by Google